


39<sup>2</sup>  
15



Contenta 00 die angob = 1730  
1) Marperger de XV<sup>to</sup> Mensis ABH.  
1730  
2) Seelen Meditatione exegetica.  
1730



Yar... ..



A. H. Walbaum.  
Salzfeldröe. 1743.

126



1  
2



Faint, ghostly text visible through the paper, likely from the reverse side. The text is arranged in several lines and appears to be a title or heading, possibly including the word "EXPLANATION" at the bottom.

M

L

In





DE  
QVINTO DECIMO  
**MENSIS**  
**A B H**  
HEBRAEORVM  
DIEI  
**EXPIATIONIS**  
COMPARATO



---

**D. BERNHARD WALTHERVS**  
**MARPERGER**

In Aula Regio - Electorali Saxonica Sacrorum Antistes  
primarius, Consil. Eccles. & Supremi Consist.  
Dresd. Adfessor.

---

DRESDAE,  
Apud Io. Christophori Zimmermanni heredes, & Io.  
Nicolaum Gerlachium.





DE  
QUINTO DECIMO

MENSIS

AB 39 14/i,  
25 (1)



D. JERONIMUS WALTERUS


MARTINUS

In Aed. Typogr. ...  
Lithograph. Com. ...

...  
...  
...







B. L. S.

**Q**Vae mea, de *Quinto decimo die mensis Abh* Hebraeorum, ad *diem Expiationis comparato*, sit sententia, strictim nuper indicavi, cum de *primo Paschatis die*, qui *festorum Israelis festissimus ac sollemnissimus fuit habitus*, ex instituto differerem. Confer sis, Tractatum nostrum Theol. Philol. de Agno ad arae cornua ligando, c. III. §. XI. not. x. p. 288. 289. Nimirum, subductis rite rationibus, firmiter mihi persuasum est, illum ipsum, quem *quintum decimum MENSIS ABH* Mischna vocat ac designat, *eundem esse diem*, cum *quinto decimo MENSIS ABIB*, sive *Nisan*, quo Agnum olim Paschalem typicum comedi supremus Legislator iusserat, quiqve deinceps, *dies Agni DEI emortualis, dies veri ac unici sacrificii piacularis*, imo *dies expiationis Novi Testamenti consummatisissimus*, fuit. Ne au-

tem frustra id, & sine ratione adferuisse, inque medium protulisse, videar, uberius paullo animi mei sensa nunc explicabo. Quod primo forte intuitu paradoxon multis habebitur, ipsa re penitus inspecta, & argumentis meis adcuratius perpensis, lucidi vestigia veri, sat multa spero, legentium oculis offeret. Sub finem harum pagellarum, subsecivae & subitaneae isti scriptioni, mantissam quandam addidi, quae unum alterumve exhibet specimen eorum, quibus Commentarius noster de Agno ad arae cornua ligando, & augeri poterit, & expoliri. Faxit benignissimum Numen, ut iste quoque conatus qualiscunque, Antiquitatum sacrarum studia promoveat, inque divini Nominis gloriam, agnitionis Iesu Christi salutaris incrementum, & Religionis Christianae confirmationem, cedat feliciter. Scrib. Dresdae, prid.

Iduum Sept. A. C. cIo Iccc

XXX.

CAPVT





## CAPVT PRIMVM

Textum Mischnae, cum Com-  
mentariis & adnotationibus nonnullis  
exhibens.

### §. I.

**I**n volumine secundo Pandectarum  
Mischnicarum, cui סדר מועד *Or-*  
*do Festorum* titulus est, nono loco  
מסכת הענייה *Tractatus de Iei-*  
*unijs*, comparet. Huius conclusio,  
Perek IV. hal. VIII. sequentem no-  
bis Mischnam ponit ob oculos: אמר  
רבן שמעון בן גמליאל לא היו  
ימים טובים לישראל כחמשה עשר  
באב זכוים הכיפורים שכהן בנות  
ירושלם יוצאות בכלי לבן שאולין  
שלא לבויש את מי שאין לו כל  
הכלים טעונין טבילה ובנות ירושלם  
יוצאות וחולות בכרמים ומה היו  
אומרות

אומרות בחור שא נא עיניך וראת  
 מה אתה בורר לך אל תתן עיניך  
 בנוי תן עיניך במשפחה שקר החן  
 והכל היופי אשה יראת ה' היא  
 תתהלל ואומר תנו לה מפרי ידיו  
 ויהללה בשערים מעשיה וכן הוא אומר  
 צאינה וראינה בנות ציון במלך  
 שלמה בעטרה שעטרה לו אמו כיום  
 חתונתו וכיום שמחת לבו כיום חתונתו  
 זו מתן תורה וכיום שמחת לבו זה  
 בנין בית המקדש שיבנה במהרה  
 בימינו אמן:

II. *Qui Codicem Talmudicum de Ie-  
 iunio, ex Hebraeo sermone in latinum  
 versum, commentariisque illustratum do-  
 ctissimis (Traiecti ad Rhenum A. cl. loc  
 XCIV. ex officina Francisci Halma, f. 8.)  
 edidit, celeberrimus vir Daniel Lundius,  
 Svecus, Mischnam modo prolatam latinis  
 verbis ita nobis reddidit, p. 60. 61. &  
 apud Surenhusium p. 385.*

„Dixit Rabban Simeon filius Gama-  
 „lielis: Non fuere Israelitis tam festivi  
 „dies, quam quintus decimus mensis  
 Abh



„ Abh & dies Expiationum; quia illis i-  
„ plis diebus virgines Hierosolymitanae  
„ egrediebantur, induta vestibus can-  
„ didis, licet commodatis, ne pudore x3  
„ adficerentur illae, quae ipsaemet tales  
„ non haberent. Omnes autem vestes  
„ lotionem requirebant, priusquam in-  
„ duerentur. Virgines, inquam, Hiero-  
„ solymitanae exhibant, inque vineis sal-  
„ tabant. Quidnam vero dixerunt?  
„ Intende oculos quaeso, iuuenis, ac  
„ probe adspice, quam tibi eligas ux-  
„ orem. Ne intuearis formam, quin po-  
„ tius familiam. Fallax namque est, ut di-  
„ citur Prov. xxxi, 31. vultus gratia, inanis  
„ quoque res est formae elegantia; ve-  
„ rum mulier, cui timor Domini cordi  
„ est, illa laudabitur. Deque eadem  
„ porro memoratur: Date ipsi de fru-  
„ ctu manuum suarum, factaque eius  
„ in portis depraedicabuntur. Rursum  
„ & ita dicitur Cantic. III, 11. Exite &  
„ videte, filiae Tisionis, Salomonem re-  
„ gem corona ornatum, quam paravit ei  
„ mater sua die sponsaliorum eius, & die  
„ laetitiae cordis eius. Intellige, per  
„ diem sponsaliorum eius, diem, quo lex  
„ da-



„dabatur, & per diem gaudii cordis e-  
 „ius, aedificationem domus sanctae,  
 „quae exstruatur cito in diebus no-  
 „stris, Amen!

III. Addo statim R. Obadiae de Barte-  
nora Commentarium integrum, latinita-  
te a Surenhusio donatum, qui haec habet:

„כחמשה עשר באב *Vt quintus deci-*  
 „*mus dies mensis Abb,* quo consumti  
 „sunt ii, qui mortui sunt in deserto, an-  
 „no qvadragesimo; & *eo die* quoque  
 „consumtae sunt custodiae, quas posuit  
 „Ieroboam filius Nebat, quae Israelitas  
 „impedirent ne ad festa solennia ascen-  
 „derent, Ierusalymas; *eo die* etiam se-  
 „pulti sunt ii, qui in urbe Bitter oc-  
 „cisi sunt; & *eo die* cessaverunt ligna  
 „in usum altaris, & ab eo tempore de-  
 „fecit vis solis, ut non posset exsicca-  
 „re ligna humida.

„כיום הכפורים *Sicut dies expiationis,*  
 „quo ultimae legis tabulae datae sunt,  
 „estque dies remissionis peccatorum.

„שארלים *commodatis,* nam omnes com-  
 „modabant, etiam divites, ne is cui non  
 „erant eiusmodi vestes, pudore affice-  
 „retur.

טוענית



„ טבילה *requirebant lotionem*, an-  
„ tequam induissent eas, quia una non  
„ cognoscebat alteram, ut fieri posset  
„ unam fuisse immundam.  
„ וחולות ויצאות exhibant & saltabant,  
„ quem ad modum dicitur Jerem. XXXI,  
„ 13. אז השמח בתולה במחול  
„ Per *Regem Salomonem Cant. III, 1.* intel-  
„ ligas Deum benedictum, cui proprie  
„ competit pax. Per *matrem eius*, in-  
„ telligas congregationem Israelis.  
„ מתן הורה *Datio Legis*, die Expiationis,  
„ quo datae sunt ultimae Legis tabulae.  
„ בנין בית המקדש *aedificatio domus*  
„ *Sanctuarii*, quod initiatum est die Ex-  
„ piationis.

IV. Audiamus quoque R. *Moschen*,  
Filius Maimonidis, qui sic commentatur:  
„ Ratio, quare necessarium erat ut omnia  
„ vestimenta immergerentur, est, quia  
„ inter se commixta erant, & non du-  
„ bium erat, quin tota in multitudine  
„ essent mulieres, quae non erant purae,  
„ & sic etiam inter viros. Quae vero in-  
„ ter mulieres formosae erant, dicebant:  
„ *Iuvenis, attolle oculos tuos, & vide*  
„ *quam Tibi eligas, nam mulier non est*

„ *creata nisi ob formositatem.* Quae  
 „ erant e nobili genere natae, quando  
 „ non inveniabant gratiam in oculis spe-  
 „ ctatorum, dicebant: *Ne conicias ocu-*  
 „ *los tuos in formositatem, sed intueri*  
 „ *genus, quia mulier tantum creata est*  
 „ *ad procreandum liberos.* Caeterum,  
 „ elegerunt sibi mulieres decimo quin-  
 „ to die mensis Abh, quia eo die ablata  
 „ plaga a mortuis in deserto, anno qua-  
 „ dragesimo: nam, quolibet nono die  
 „ mensis Abh, multi mortui erant, & in  
 „ anno ultimo extincta est plaga, & ex-  
 „ spectarunt usque ad dimidium mensis,  
 „ & tum confirmati sunt, & crediderunt  
 „ sibi ipsis, & animadverterunt quod in  
 „ gratia creatoris erant, eiusque iram  
 „ iam cessasse & recessisse ab illis, idcirco  
 „ eo die habuerunt convivium.

V. Ex notis cl. Lundii, e re nostra erit sequentia hic potissimum decerpisse:

„ Ad ostendendam aequalitatem dicto-  
 „ rum, quod ad laetitiam spectat, die-  
 „ rum, varia de die XV. Abh praedi-  
 „ cantur facta in Gemara, quae, ut ut pro-  
 „ lixa sint, attamen, cum ad explana-  
 „ tio-



„tionem huius loci faciant, & lectori  
„non prorsus ingrata fore sperem, ad-  
„ducere non pigebit. Habentur vero  
„fol. 30. 2. בשלמא וגו' Concedatur,  
„Diem Expiationum recte dici admodum  
„hilarem, quippe quo datur condonatio  
„ac remissio peccatorum, quo etiam exhibi-  
„tae sunt tabulae Legis posteriores; ve-  
„rum, qua ratione idem de XV. Abh di-  
„citur? Resp. R. Iehuda autoritate Sa-  
„muelis cuiusdam: Dies hic est, quo li-  
„citum est pronunciatum tribubus, ut una  
„ad alteram accederet, foederis facien-  
„di coniugalis causa. Sed unde hoc pro-  
„batur? Resp. Id patet ex Num. 36, 6:  
„Hoc est verbum, quod praecepit Domi-  
„nus de filiabus Tselaphechad, &c. i. e.  
„res haec non erit usitata, nisi in hac ge-  
„neratione. Dixit R. Ioseph nomine R.  
„Nachmanis, hic ipse dies, XV. Abh, est,  
„quo tribui Benjamin permissum fuit  
„cum coetu reliquo Israelitarum matri-  
„monio iungi, quandoquidem Iud. 21, 1. di-  
„catur: Israelitae iurarunt in Mitspa,  
„dicentes: Nemo nostrum locabit filiam  
„suam Beniaminitae uxorem; sed quo-  
„modo hoc intelligendum est, nam si iu-  
ra-

„ raverant, qua ratione poterant nubere,  
 „ nuptiue dare? Respondit Rabb: In  
 „ textu quidem habetur: *ex nobis, ve-*  
 „ *rum, ex filiis nostris, non prostat.* Di-  
 „ xit Rabba filius Rabb Chanae nomine R.  
 „ Iochananis: *Est dies, i. e. XV. Abh,*  
 „ *quo consumti sunt homines, qui in deser-*  
 „ *to vixerant, sicut dixit Mar: Usque*  
 „ *quo homines in deserto viventes non con-*  
 „ *sumti essent, Dominus ad Mosen non locu-*  
 „ *tus est; Dicitur n. Deuter. 2, 16. Et fa-*  
 „ *ctum est, cum omnes viri bellicosi mor-*  
 „ *tui essent, ut loqueretur ad me Domi-*  
 „ *nus. q. d. ad me factum est oraculum*  
 „ *Divinum. Vt dixit: Quintus deci-*  
 „ *mus Abh est ille ipse dies, quo Hosea*  
 „ *filius Ellae interemit custodes, quos viis*  
 „ *imposuerat Hieroboam filius Nebat, ne*  
 „ *adscenderent Israelitae ad festum, & di-*  
 „ *xit iis, nempe Israelitis, ut adscende-*  
 „ *rent, quando vellent. Rabb Matna de*  
 „ *hoc ipso die dixit, eo traditos fuisse ad*  
 „ *sepulturam occisos urbis Bither. Per-*  
 „ *rexitque dicere Rabb Matna: Eo i-*  
 „ *pso die, quo redditi ad sepulturam fue-*  
 „ *re occisi urbis Bither, confecta est in*  
 „ *Iabne benedictio illa, quae dicitur:*  
 „ *qvi*



„ qui bonus est, & bene facit. Bonus  
„ DEus; quia cadavera illa non facta  
„ fuere foetida: qui bene facit; quia  
„ ad sepulturam data. Rabba & Rabb  
„ Ioseph coniunctim dixere: Est dies  
„ hic, quò cessabatur a lignis caedendis  
„ in usum struis altaris. Prostat & ta-  
„ lis exotica traditio: R. Elieser magnus  
„ dixit: Ex quinto decimo Abb & por-  
„ ro solis exsiccandi vires debilitantur,  
„ unde post eum diem nec ligna caede-  
„ bantur pro strue altaris, siquidem are-  
„ fieri non poterant, metusque erat ver-  
„ mium in iisdem nascendorum, ob  
„ quos illegitima reddebantur ligna. Di-  
„ xit Rabb Menaschia: Vocarunt hunc  
„ diem, securis fractorem, cum ab eo ces-  
„ sarit sectio lignorum. Ab hoc die &  
„ porro, qui addit noctes diei, in stu-  
„ dium Legis impendendas, addet vitam  
„ vitae suae, sive, prorogabit vitam su-  
„ am; qui vero non addit, consumetur.  
„ Docet Rabb Ioseph: quid sibi velit  
„ vox illa: consumetur. Nimirum, sepe-  
„ liet illum mater sua, h. e. morte  
„ praematura decedet.“

VI. Ad

VI. Ad שִׁילִין docte Lundius observat:  
 „ Vestes commodatas, ad mentem Tal-  
 „ mudistarum, a se invicem sumebant; v.  
 „ g. filia Regis a filia sacerdotis summi,  
 „ haec vero a filia sacerdotis secundi  
 „ ordinis, Sagan dicti, haec denique a  
 „ filia sacerdotis ad bellum uncti, & sic  
 „ porro. Quae maioris dignationis  
 „ erant, ab iis, quae inferioris con-  
 „ ditionis, mutuabantur vestes: non  
 „ quod ipsaemet tales non haberent,  
 „ sed ne pudore suffunderentur illae,  
 „ quibus necesse erat uti commodatis.  
 Confer huc B. Wagenfeilium nostrum in  
 Sota, qui hanc graduum distinctionem,  
 quam inter se virgines Iudaicas hoc tem-  
 pore attendisse, observatur, illi fere similem  
 fuisse censet, qua utebantur Israelitae,  
 transacta prima die festi tabernaculorum,  
 septimo anno completo, & octavo ineun-  
 te. Tunc enim aedituus (Diaconus Sy-  
 nagogae) sumto libro legis, tradidit eum  
 primario coetus, hic, porrigebat eum An-  
 tistiti, Antistes summo Sacerdoti, summus  
 Sacerdos denique eum Regi (legem so-  
 lenni ritu praelecturo) exhibebat. In  
 c. VII. Mischnae, hal. VIII. p. 681.

VII, De



VII. De vestium lotione Lundius monet, eam necessariam fuisse, quod incertum fuerit, an non ipsa quae utendas concefferat, immunda esset. Addit quoque e Gemara, tam stricte hoc observatum fuisse, ut etiam lintea in scriniis accuratissime servata, prius lota quam corpori applicata fuerint. Caeterum, quae ultima textus Gemarici verba vir doctus adduxit, cum Maimonidis commentario conferenda, heic quoque locum inveniunt. *תנו ונו* „Tradiderunt Magistri: Quae inter eas pulchrae erant, quid dixerunt? Adspicite, Iuvenes, formam ac decus, cum uxor non ducatur nisi ob pulcritudinem. Quae nobili aut antiqua familia satae erant, quid clamabant? Advertite gentem familiamque, quoniam matrimonium non initur, nisi liberorum procreandorum causa. Quae denique deformes erant, qualia protulere verba? Accipite merces vestras in nomine Domini, tantum ut coronetis nos ornamentis aureis. Sed *Vla* addidit: Etiam timore Domini. *R. Elieser* haec dixit: Paraturus est DEUS sanctus & benedictus saltationem



„iustis, ipsemet vero in medio eorum se-  
 „debit, in horto Eden. Tum singuli  
 „DEum digito ostendent, dicentque, prout  
 „habetur: Es. 25, 9. Et dicetur die il-  
 „lo: En! hic est DEus noster, quem ex-  
 „spectavimus, is nos salvaturus est: hic  
 „Dominus, quem desideravimus; exul-  
 „tabimus & laetabimur de salute eius.

VIII. Qvam nos hactenus e Codice  
 Taanith hausimus, de quinto decimo  
 mensis Abh cum die Expiationis com-  
 parato, traditionem; illam, iisdem plane  
 conceptis verbis, ex Massecheth Baba Ba-  
 fra adlegavit B. Io. Benedictus Carpzo-  
 vius, in Notis ad Schickardi Ius regium  
 Hebraeorum, c. V. Theor. XVII. not. f. p.  
 316. seq. ubi, verba Aben Esrae **כי מנהג**  
**היה לחור בכרמים** quia mos erat in  
 vineis saltandi, illustraturus, haec dedit:  
 „ Non tantum cum vineae, anno post  
 „ plantationem quinto, solenniter initia-  
 „ rentur; sed, & quot annis postea, die  
 „ decimo quinto mensis Abh, qui Iulio in  
 „ nostris Calendariis respondet, (confer  
 „ sis, ven. I. A. Fabricii Menologium, p. 15.  
 „ seqq.) choreae in vineis agi solebant  
 „ a puellis olim Israeliticis, quod obser-

va-




„ vatum est Aloyfio Novarino L.III.  
„ Schediasm. Sacro-prof. c.XXV. p. 97.  
„ his Rabbiorum verbis Latio donatis:  
„ *Decima quinta die mensis Abb, filiae*  
„ *Ierusalem egrediebantur in vestibus al-*  
„ *bis, & choreas ducebant in vineis. Quid*  
„ *vero dicebant? Adolescens, attolle ocu-*  
„ *los tuos, & vide quam tu velis eligere*  
„ *ex omnibus. Ne respicias pulcritudi-*  
„ *nem, siquidem fallax est; at eam, quae*  
„ *Deum timet, laudes.* Sic e Rabbinis,  
„ ut ait, Novarinus, quae unde suffura-  
„ tus sit, qui ipsorummet scripta non  
„ evolvit, nondum fuit obvium. Vesti-  
„ gia tamen ritus illius deprehendimus  
„ in Talmudis Babylonici Baba Basra fol.  
„ CXXI. col.I. ubi R. Simeon ben Gama-  
„ liel: לא היו יומים טובים לישראל  
„ כחמשה עשר באב וכי"ה שבהן  
„ בנות ירושלים יוצאות בכלי לכן:  
„ *Nulli dies magis festi sunt Israelitis,*  
„ *quam decimus quintus mensis Abb, &*  
„ *dies expiationum, quippe quibus filiae*  
„ *Ierosolymitanae egrediebantur vestibus*  
„ *albis.* Ibidem paulo post, Rabba bar  
„ Channa, *die hoc decimo quinto mensis*  
„ Abb

„ *Abb, raptas a superstitibus Beniamitis*  
 „ *ait puellas Silounticas, in vineas ad cho-*  
 „ *ream egressas, de quibus Iudic. XXI.*  
 „ *19. seqq. Ad quem locum R. David*  
 „ *Kimchi fol. LIX. col.2. eiusque com-*  
 „ *pilator R. Sal. Aben Melech, in Michlal*  
 „ *Iophi fol. LIX. col.2. eiusdem consuetu-*  
 „ *dinis meminerunt. “ cetera.*

IX. *Mischnae & Gemarae, Paraphra-*  
*stes quoque Chaldaeus adstipulatur. Tar-*  
*gum, Ionathanis quod vulgo vocant, in*  
*Thren. c.I. v.4. sequentem, pro suo captu,*  
*verbis Spiritus Sancti, sensum adscripsit: כל*  
 „ *זמן רהוה ירושלם סתבניא נטו'*  
 „ *tempore, quo erat Ierusalem aedifica-*  
 „ *ta, noluerunt filii Israel ascendere in*  
 „ *Ierusalem, ut apparerent coram Domi-*  
 „ *no tribus vicibus in anno. Et pro-*  
 „ *pter peccata Israel, deserta est Ierusa-*  
 „ *lem, & factae sunt viae Sion lugentes;*  
 „ *eo quod non sit, qui veniat in eam, tem-*  
 „ *pore festivitatum. Omnes portae eius*  
 „ *destructae, & Sacerdotes eius gementes,*  
 „ *pro eo quod cessarunt oblationes:*  
 „ *כתולדתה ספרן על די פסקו למפק*  
 „ *בחמשה עשר יומין באב וביומא דכפוריה*  
 „ *רי*



רי הוא בעשרא יומין בתשרי לחננא  
„*Virgines eius plangentes,*  
„*eo quod desierunt egredi, in quinta de-*  
„*cima die mensis Abb, & in die propitia-*  
„*tionis, quae erat in decima die Mensis*  
„*Tisri, ad ducendos Choros. Ipsa quo-*  
„*que est amara valde.*“



## CAPVT SECVNDVM

Traditionem, si DE QVINTO DE-  
CIMO MENSIS QVINTI intelligatur,  
male cohaerentem ostendens, eandem-  
que in sensu literali sublestae fidei

arguens.

§. I.

**A**nte omnia monere liceat, Magi-  
stros traditionum, in ostendenda  
similitudine ac aequalitate, inter  
*diem quintum decimum Abb & diem Ex-*  
*piationis*, sibi ipsis parum constare, mo-  
do huc modo illuc dilabi, sacra profa-  
nis, humanis divina, rotunda quadratis

B 2

mi-

miscere, atque adeo satis superque, vertiginem mentis caecam, inconsultam ac temerariam, prodere. Sunt haec indicia, veri traditionis sensus amissi, & in eius locum falli substituti. Fluctuant, incertis erroribus, veritatis expertes. Aberrant, a scopo salutaris veterum doctrinae. Deflectunt ita ad vanitatem, cumque nesciant quid dicant, & de quibus adfirmant, turpem suam ubique profituunt ignorantiam.

II. Mire in primis de origine & causis festi laetissimi, mensis quod fingunt quinto, sententiis inter se variant. Alii, ad ipsa Ecclesiae Iudaicae incunabula illud referunt, inque antiquissima Mosis tempora recondunt. Alii, in ludicum Israelis periodo, pedem figunt. Rursum alii, Regum Israeliticorum aetatem adlegant. Alii vero, ad Graecorum tempestatem delabuntur. Denique, qui cum Rabh Matna desipiunt, diem Israeli omnium maxime festivum, cum die quo occisi urbis Bithur ad sepulturam redditi sint, componunt, atque adeo choreas saltantium hilares, ipsimet in tristissimas inferias,



rias, funerumque atrocissimorum luctifonos & pullatos ambitus, convertunt.

III. Taedet, hisce puerilibus naeniis diutius immorari. Non abs re tamen erit, unicum adhuc, mirae huius & suspectae admodum variationis, testem producere. Abarbanel, ad prioris libri Regum caput XVII. in comma secundum, ita commentatur: “ Scriptura refert „ (Hoseam) fecisse malum in oculis Do- „ mini, non autem sicut Reges Israelis, „ qui fuerunt ante eum. Doctores tra- „ dunt (Bab. Gittin fol. 88, 1.) eum *trans-* „ *tulisse* שהעביר (Gemara quoque in Taa- „ nith, non tam *interemisse* asserit, uti „ Lundius vertit, quam *abrogasse* & *in-* „ *termisisse* שביטל) omnes illos custodes, „ quos Ieroboam filius Nebat colloca- „ verat in confiniis terrae, ne ascende- „ rent Hierosolymam, ut nunc ascendere „ posset quicumque vellet; & hoc ipsum „ fecisse die quinto decimo mensis Abh. „ יום כך היו ישראל עושים יום „ Et NB. טוב בחמשה עשר באב „ *propterea instituerunt Israelitae diem* „ *festivum, die quinto decimo mensis Abh.*“



Vides, Abarbanelem epocham huius festi diei, qui antea profectus fuerit, in tempora inclinati regni Israelitici reii-cere, & causam institutae solennitatis, viarum sacrarum custodes remotos, unicam indicare. Quod, reliquorum Traditionariorum fidem, mirum in modum elevat.

IV. Sed ad singularia, eaque propiora, magisque evidentia argumenta, nunc animum advertamus, quibus id evincatur clarissime, quod in huius capituli inscriptione proposuimus. Primum argumentamur, non potuisse diem festum Israelitarum, e duobus maxime festivis unum, incidere in mensem, quem Talmudistae ipsimet, totum quantum quantum lugubrem, luctuosum, tragicum, & ad moestitiam, ob casus amarissimos, omnem compositum, signant, atque carbone denotant. Ita sane Mischnab antepenultima codicis de Ieiuniis, quod in ultima de quinto decimo Abh maxime festivo dicitur, non pertinere ad mensem quintum indicat, quando ap. Surenh. p. 382. verbis disertis adserit: משנכנס אב ממעטין בשמחה  
 37 381  
 Ex quo mensis Abh inci-



incipit, *laetitiam imminuunt.* Quae-  
nam quaeſo, ineunte hoc menſe, gau-  
dii fuiſſet imminutio, ſi expectandus  
fuiſſet, in medio illius, dies omnium lae-  
tiſſimus; ſiſque virginum tripudia videre,  
& iisdem, ſolennes choreas ducentibus,  
ſe medios immiſcere, Iſraelitis licuiſſet.  
Cum menſis Tiſri quinto decimo & ſe-  
quentibus diebus, conſummatiffima *Fefi*  
*Tabernaculorum* gaudia inſtarent, aliquot  
ſolum huius menſis dies, qui leiunium  
maximum antecede-  
bant, *dies converſio-*  
*nis, diesque terribiles* dixerunt; nun-  
quam vero, hoc menſe ineunte, *laetitiam*  
*imminui* ſanciverunt. Igitur privum hoc  
*menſi quinto* & proprium, pauciſſima  
eiuſdem gaudia eſſe, luctum vero con-  
tinuum & maximum. Nec id ſine gra-  
vi & ſonica cauſa. Ipſa mox initia hu-  
ius menſis, inde a remotiſſimis retro  
ſeculis, ſe genti Iudaeorum triſtia & lu-  
gubria dederunt. Moſes quippe memo-  
rat, Num. XXXIII, 38. ſe *Calendis menſis*  
*Quinti* (ſecundum novam anni formam)  
fratrem cariſſimum Aaronem amiſſiſſe.  
*Has autem Calendas,* prout docte Ed.  
Bernardi, in Iosephi Antiqq. Iudd. L. IV.



c.IV. n. 7. p.209. ed. Haverc. observavit, primum notare diem mensis אב, אב aut ex dialecto אבבא, aut potius אבא אבא i.e. אבבא, pomorum utile tempus, Doctores docent Babylonii Ros basana f.2.3. verbis multis, Vzielides ad legem, Auctor Megillath Taanith, tot Iudaeorum Calendaria, Masudius Astronomus, Euty-chius & Homeidides in Annalibus, Hieronymus ad Zachariae vaticinia, aliique multi. Diferte quoque Ebraei, in Seder olam Rabba: מֵת אַהֲרֹן בְּאֶחָד בְּאָב Mortuus est Abaron, die I. mensis Abb. Conf.Selden. de Succ. in Pontific.Lib.I. c.I. p.m.221. Vidit igitur Israel, ineunte mense quinto, quem iure l. c. cel. Ed. Bernardus MISERRIMVM MENSEM vocat, Pontificum suorum maximorum primum & praestantissimum, animam trahentem, expirantem, duraque morte occumbentem. Ieiunium hoc nomine anniversarium, primo die mensis quinti, ob mortem Aaronis, inde ab illis tristissimis Calendis emortualibus, gens tota celebrat, seqve totam simul luctui addicit. Praesertim cum mox instet luctuosissimus



mus ille dies, qui infandum renovare iubet quotannis dolorem, ob ſententiam a Deo latam in non introituros in terram Canaan. Num. XIV, 22. Audi Miſchnam Maſſ. Taanith Per. IV. hal. 7. Surenh. p. 328. בתשעה באב נגזר על לארץ אבותינו שלא יכנסו לארץ *Nono die Mensis Abb, decrevit Deus de patribus nostris, non ingressuros eos in terram promissam.* Adcurate satis calculos hic subduxit Seder Olam c. VIII, ſeqventi computo: *Die XXIX. mensis Sivan, Moses exploratores miſit, ſicut colligi poteſt ex cap. XIII, 20. Dies illi erant praecocium uvarum. Reverſi autem ſunt ab exploratione terrae, expletis XL. diebus, id eſt, nono die mensis Abb. Ex quo traditum a maioribus noſtris reperitur: Nono die mensis Abb. Caetera. Hoc proinde die, Deum decreviſſe Iſraeli perpetuum luctum, Magiſtri ſtatuunt in Gemara Sotah c. VII. hal. X. his uſi verbis: Tradente Rabba, nepote Channae, R. Iochanan autor eſt: Illam noctem (de qua Num. XIV, 1. fleverunt populus nocte iſta) nonam (Mensis) Abb fuiſſe, dixiſſeque Deum benedictum: Illi ſlent ſletum ina-*



nem, אני אקבע להם בכיה לרורות  
*at ego statuam illis fletum perpetuum.*  
 B. Wagenfeil, Sotah p. 734. Felices se ter  
 & amplius Iudaei purant, si *fletum hunc*  
*perpetuum*, annuo mensis *Abh solidi* luctu,  
 pensent ac redimant. Qvi ergo, huic  
 quoque tantum detrahere possent, ut  
 quinto decimo *Abh* festas choreas duce-  
 re, iisque (laetos Hymenaeos inchoando)  
 publicis cum plausibus indulgere, lici-  
 tum imo pulcrum ac solenne sibi pu-  
 tarent. Longe alia svadebant, crebra il-  
 la mensis *Abh*, quae *luctum perpetuum*  
 divinitus indictum immensum auxerunt,  
 infortunia. Qvod enim *Mischna* supra  
 adlegata addit: *Mense quoque Abh eius-*  
*que nono die, devastatum praeterea tem-*  
*plum primum & secundum, capta urbs*  
*Bitber, diruta urbs sancta, & aratro*  
*proscissa.* Conf. Wagenfeilium l. c. p. 736.  
 & omnino Iosephum, Antt. L. VI. c. IV.  
 §. 5. & 8. p 385. 386. His sane non con-  
 veniebat, proles intenta choreis, plaudens  
 pedibus, & amatoria carmina dicens. Ite  
 procul laeti (mense *Abh*) fletum hic  
 consortia mavult.

V. Se-



V. *Secundum nostrum argumentum: Quem Rabbini fingunt, mensis quinti decima quinta luce, diem maxime festivum, in favorem virginum matrimonio collocandarum, constitutum ac celebratum perhibent. Proxius autem incredibile, mense Abb infortunatissimo, Israelitas filiarum suarum fortunam experiri, aut procorum ipsis animos conciliare voluisse; quod, non nisi auspiciousis temporibus fieri debere, ipsa s'vadebat ratio* Recte B. Wagenſeilius noster l. c. *Fuit omnino mensis Abb, qui nostro Julio respondet, Iudaeis saepe infaustissimus. Celeb. Lunday vero, in verba Taanith: laetitiam imminuunt, adnotat: "Ob multas calamitates hoc mense inflictas. Contra*  
*"in Adar, l. Februario, gaudia augment,*  
*"ob miracula hoc mense in favorem Israelitarum a DEO edita, quae laeta*  
*"cum memoria celebrant in festis Purim*  
*"& Paschatos. Additur in Gemara:*  
*"Mensem Abb Israelitis semper maleominosum notari. Vnde NB. si Iudaeus cum gentili in ius ire constituerit,*  
*"s'vaderet hoc ipso abstinendum esse, mense Abb durante; rursus idem sus-*  
*"ci-*







qui ita pergit: "Nullo scilicet tempo-  
 ,,re eiusmodi Sponsalia ex more inter-  
 ,,dicta sunt, NB. שמתקיימינו  
 ,,אחר ne praeveniret eum qui de-  
 ,,spondere vellet alter, ut ratio reddi-  
 ,,tur in Gemara Hierosolymitana. At  
 ,,vero, nec Sabbatho, neque alio festo  
 ,,die, rite inibat quis Sponsalia. Misna:  
 ,,Sabbato & die festo, nec iudicia exer-  
 ,,cenda, nec Sponsalia contrabenda, nec  
 ,,fratriae renuntiandum, nec Leviro  
 ,,fratria iungenda. Gemara Babylonica  
 ,,ibi rationem subdit: Ne scriptio  
 ,,profanaretur, sive Sabbathum, sive dies  
 ,,alius festus." cetera. Liceat, his probe  
 expensis, illud Ovidii, Fast. III. Martio  
 mensi adcommodatum, Iudaeis mensē  
 Abh adclamatum fuisse, coniectare: Nu-  
 bere si qua voles, quamvis properabitis  
 ambo, differ. Habent parvae commoda  
 magna morae. Confer Seldenum, L. d.  
 c. XXII. p. 162. f. Si vacet addas, quae  
 Wagenfeilius congeffit in Excerptis Gem.  
 Soráh cap. I. p. 65. f. 79. sq. Nec simus,  
 ista in rem praesentem meditando ver-  
 tentes, magnae illius providentiae He-  
 braeorum immemores, qua statim ut na-  
 tus



tus cuiquam fuit filius masculus, cum is circumcideretur, Deum rogarunt: *Sicut hunc puerulum ingredi fecisti, seu recepisti, in foedus Abrahami patris nostri: ita ingredi facias eum, in legem Moſis, in matrimonium, ל חופה* & in bona opera. Cui voto minus certe conspirassent, tempore luctus publici & communis adornata, illectamenta amoris, sub festi diei laetissimi specie, indecora & temeraria.

VI. Sequitur argumentum tertium: *Nulla modo inter se cohaerent, solennitas ludibunda ficti diei festi mensis quinti, & gravissima illa sacra, tremendaque mysteria, diei Expiationis.* In oculos hoc omnium incurrit, imo manibus ferre palpari poterit. Quis, leves & amatorias choreas virginum, cum Sacerdotis summi in sancta sanctorum arduo religiosissimoque ingressu, muliebres ad viros iuvenes exclamations, cum ardentissimis cordium contritorum ad DEum precibus ac suspiriis; illecebras carnalis amoris, cum desiderio divinae gratiae; ambitum denique matrimonii, cum an-

xiē



xie expetita conciliatione supremi Numinis, prudens contulerit ac comparaverit. Fateor, mihi persuasissimum esse, hoc Patribus Hebraeorum non unquam in mentem venisse, prorsusque ipsorum placitis ceteris repugnare ac refragari. Maior sanè apud illos, diei Expiationis reverentia & veneratio, quam ut hunc ipsum, a Deo institutum, placandaeque irae divinae dicatum, quem κατ' ἐξοχὴν ΝΔΙῖ vocabant, nescio cui diei, ex mera hominum ordinatione ludicrae caerimoniae destinato, ducerent aequalem. Nec tam profanus iis animus fuit, ut perinde ipsis esset, saltantium virginum streperos choros celebrare, atque rem divinam omnium solennissimam ac divinissimam facere; eo praesertim fine, ut, non pro singulari quodam peccato, sed pro totius anni peccatis, fieret expiatio. Summa sane diei Expiationis habebatur sanctitas, quod, Adamum hoc die a lapsu suo erectum, Abrahamum eodem circumcisum, hoc ipso quoque tabulas legis posteriores de monte Sinai per Moysen delatas, & Deum cum populo suo penitus

re-

reconciliatum fuisse, crederent. Dignumne igitur censere potuissent, *diem puellaris laetitiae*, qui eodem censu, cum *die illo incomparabili*, veniret? Minime gentium. Hoc contra mihi vero videtur simillimum, ipsas quoque *loquaces choreas virginum*, vix unquam prudentioribus fuisse probatas, nedum diei festi gaudio & honori consecratas. Virginali certe verecundiae, minus illae consulissent, degenerassent autem facillime in irritamenta publica libidinis. Gemara Sota, IX, 10. edit. Wagenf. p. 1066. *R. Ioseph censet, indecens factum esse, si viri praecinant, mulieres vero succinant. Quod si mulieres praecinant, succinantibus viris, id perinde esse, quasi ignem admoveas stupae. Quo fine haec adducuntur? Ut (alterutrum si fieri necesse sit) istud potius quam illud admittam.* Isthoc iudice, choreas illas non crediderim admissas. Et rectius sane, saltantes hae candidatae virgines, Cereris, quam Iehovae sacris, fuissent adscriptae. Ovidius L. X. *Metamorph.*



Festa piae Cereri celebrabant  
annua matres,  
illa quibus nivea velatae cor-  
pora veste.

Et Lib. III. Faſtorum:

Alba decent Cererem, veſtes  
cerealibus albas  
fumite, nunc pulli velleris  
uſus abeſt.

Eqvidem ſcio, ſaltationes etiam in ſa-  
cris Iudaeorum locum habuiſſe, laeti-  
tiamque pro eximia cultus divini parte  
fuiſſe reputatam, proque opere quod Deo  
apprime & mirum in modum probe-  
tur. In ipſo certe conſtat mulierum  
atrio, in feſto Tabernaculorum, obtinuiſ-  
ſe tripudia. Maſſeſchet Succa V. 4. Verum  
gaudia illa publica, non erant amatoria,  
cum discrimine arrogantiae aut laſciviae  
coniuncta; ſed Davidica, ſenſu divini favo-  
ris intimo excitata, & timore Numinis  
ſincero ſanctificata. Loquuntur id, egre-  
giae veterum obſervationes, non indignae  
quae hic locum inveniant. Debeo il-

las cl. Io. Iacobo Cranero, qvo interpre-  
 te solo nunc utemur. Maimon. Hilk.  
 Lul. c. VIII. 15. „ Laetitia, quam quis  
 „ habet in faciendo praecepto, & in amo-  
 „ re Dei, quia illa mandavit, *cultus ma-*  
 „ *gnus* est, & quicumque se hac abstinet,  
 „ dignus est de quo ultio sumatur, q. d. e.  
 „ Deut. XXVIII, 47. *Eo quod non servii-*  
 „ *sti Domino Deo tuo, in laetitia & bono*  
 „ *corde.* Quicumque seipsum effert, &  
 „ tribuit gloriam sibi ipsi, atque honora-  
 „ tus est in oculis suis, in locis sacris,  
 „ stultus est peccatque; idcirco monuit  
 „ Salomo, dicens Prov. XXV, 6. *Ne glo-*  
 „ *riosus esto coram rege.* Quicumque au-  
 „ tem seipsum humiliat, & vilipendit  
 „ corpus suum in locis istis, is magnus  
 „ est & honoratus, serviens Deo ex amo-  
 „ re. Ideo David rex Israelis dixit, 2.  
 „ Sam. VI, 22. *Et vilis factus sum am-*  
 „ *plius, & abiectus fui in oculis meis.*  
 „ Neque est magnitudo aut gloria vera,  
 „ nisi in gaudio coram Domino, quod  
 „ Davidis exemplum iterum probat,  
 „ quando de eo dicitur l. c. v. 16. *Et*  
 „ *David saltabat & exultabat coram*  
 „ *Domino.* R. Isaac ben Arama in Aked  
 II.



If. fol. 200. c.2. „ In executione praece-  
 „pti divini demum reperitur confum-  
 „matio gaudii, ibique vera deprehendi-  
 „tur voluptas. Et hoc eſt quod innuit  
 „Pſaltes Pſ. II, 11. dicens: *Exultate cum*  
 „*tremore.* Nimirum ubi exultatio eſt,  
 „ibi ſimul & tremor aſeſſe debet, &  
 „haec eſt intentio horum verborum,  
 „quod ſi praeceptum aliquod peragatur  
 „cum timore & humiliatione coram  
 „Deo, tum demum ibi reperiatur laeti-  
 „tia consummata dulciſſimaeque, q. d. e.  
 „2. Sam. VI, 15. *poſtquam timuerant ac*  
 „*ſeſe humiliaverant ob necem Uſae:* Et  
 „*David univerſaque domus Iſraelis ad-*  
 „*ducebant arcam Domini cum laetitia.*  
 „Atque hoc idem eſt, quod Rabbinī  
 „p. m. dixerunt: Non reperitur amor  
 „ubi timor eſt, nec timor ubi amor  
 „eſt, niſi in cultu Numinis tantum, cul-  
 „tus enim Dei perfectus, in amore eius  
 „conſiſtit; ubi autem perfectus Dei  
 „cultus reperitur, ibi & demum vera  
 „deprehenditur laetitia.“ R. Iom Tobh  
 „ben Abraham, ad fin. Hilck. Lul. Maimo-  
 „nidis: „Fundamentum gaudioſae hu-  
 „ius feſtivitatis (Tabernaculorum) eſt,  
 „quod



„ quod hominem non deceat bonis ope-  
 „ ribus operam dare, quia ad ea tenetur  
 „ per Dei minas, atque cogitur confrin-  
 „ giturque, sed ea facere debet lubens lae-  
 „ tusque. Ita studebit bono eoipse, quia  
 „ bonum est, & amabit veritatem eo-  
 „ ipse, quia veritas est, & levem svavem-  
 „ que omnem laborem putabit, quem iis  
 „ impendet. Perpendere ipsum quoque  
 „ oportet, se eum in finem conditum es-  
 „ se, ut creatorem suum colat. Quod  
 „ si ergo ea agit, propter quae creatus  
 „ est, solide sua gaudia gaudere debet.  
 „ Nam reliqua gaudia omnia, a rebus  
 „ futilibus & inanibus pendent, quae si-  
 „ mul ac nascuntur perire incipiunt.  
 „ Sed laetitia, ex Legis servatione, & eius  
 „ studiis & sapientia, hausta, vera firma-  
 „ que est. Atque hinc est, quod Salo-  
 „ mon in admonitionibus suis moralibus  
 „ *laetitiam sapientiae* laudat, atque dicit  
 „ Proverb. XXIII, 15. *“Fili mi, si sapit cor-  
 „ tuum, laetabitur animus meus, etiam Ego  
 „ laetabor.* Conf. Codicem Succa, quem do-  
 „ ctiss. F.B.Dachs, cum commentario Cra-  
 „ meri, edidit, p.424. -- 429.



VII. Succedit nunc argumentum noſtrum quartum: *Evanescunt, quinti decimi diei mensis quinti, cum die Expiationis comparati, ficta gaudia, si consideres, nihil minus diem Expiationis fuisse, quam diem laetitiae, falsissimumque esse, illo die virgines candidatas exviſſe in vineas, ut choreas agerent, & Iuvenes ad matrimonia cum ipsis contrahenda allicerent.* Ipse Legislator, ante omnia hic audiendus, qui Lev. XVI, 29. s. diſerte praecipit: *Erit vobis in statutum aeternitatis, ut in mense septimo, in decimo mensis (die) affligatis animas vestras, nec ullum opus faciatis, incola & peregrinus, peregrinans in medio vestri. Nam in die hoc (Sacerdos) expiabit vos, ad mundandum vos, ab omnibus peccatis vestris, ut coram Iehovah mundi sitis.* Ideo Sabbathum Sabbathi (dies, Deo omnium sanctissimus, populo autem religioſissimus) hoc erit vobis, ut affligatis animas vestras. Statutum aeternitatis. Caetera. En, diem afflictionis, diem tristitiae salutaris, resipiscentiae, doloris de peccatis admissis, contritionisque cordium anxiae; quo, procul debebat faceſſere, omne ca-



ducum, vanum, profanumque gaudium; quo, non ad tripudia, sed ad Ieiunia rigidissima, populus invitabatur; quo, & sponsus ex suo penetrali, & sponsa ex thalamo, prodire tenebatur, ut ora lacrymis rigarent, pectora manibus contunderent; Sacerdotibus Iehovae, inter vestibulum & aram plorantibus, Deoque irato, ad impetrandam delictorum omnium veniam, factis supplicibus. Rectissime igitur B. Buddeus noster, Hist. Eccl. Vet. Test. T. I. p. 716. *Licet, inquit, diei expiationis summa esset sanctitas, inter festos tamen minus accurate refertur, quod non cum laetitia, sed in luctu potius atque dolore, Ieiunioque, transigebatur. -- Incidebat in diem mensis Tisri decimum, qui anni civilis primus erat; unde eo illum comparatum fuisse colligas, ut quo pacto annum praecedentem transegissent, in memoriam sibi revocarent Ebraei, menteque mutata peccatorum a Deo impetrare veniam adniterentur. Celebrandus erat, iuxta Moysi praescriptum, non tantum variis sacrificiorum generibus, & cessatione ab omni opere, sed & Ieiunio. Indeque factum, ut idem dies *visua* diceretur*

tur



tur (*צום* *עצום*, Talmudistis vero *צום רב* *Jeiunium magnum*.) ut ex Act. XXVII, 9. liquet. Hanc ſuſque deque habuiſſe Iudaeos, diei Expiationis rigidam auſteritatem, & ea non obſtante virginum choreas, tremenda inter ſacra eduxiſſe, nemo ſanus adſeruerit. Proſtant in contrarium, ſat multa, magni illius diei piacularis, relligioſiſſime obſervati, documenta. Ipſe ſane dies, vix ſacris praſcriptis, rite omnibus peragendis, ſufficiebat. A media nocte, miniſterium eiſdem ſumſit exordium; nec, niſi ſole iam rurfus occiduo, ad finem perducī potuit. Quin, longius huic diei ſpatium tributum fuit, addita ipſi hora integra; cum celebrationem eiſ exordirentur, pridie dimidia ſexta hora, finirentque demum veſpere, dimidia ſeptima, horis in ſolidum quinque & viginti exactis. Maior ita & longior ipſo Sabbatho hic dies, ferventior quoque multum erat in feriis poenitentiae exercitiis, novem illis *דְּבַיִם תְּשׁוּבָה* *diebus converſionis*, inde a novi anni initio, primo nimirum Tiſri, praeparatoriis. Duobus praecedentibus *דְּבַיִם תְּרָאִים* *diebus terribilibus*.







mentales in amatoria verba, humifessionem vero in ludicra tripudia convertere. Absit intulsa ista, inque gentem sacrorum rituum externorum semper tenacissimam, summe iniuria cogitatio. Nisi persuaderi tibi velis, eandem fuisse Iudaeorum, quae gentilium, insaniam, de quibus Lucianus Tom. IV. opp. p. m. 104. 105. testatur, „nullas unquam festivitates „apud illos celebratas, nulla quoque „(praesertim in Delo) sacra peracta, sine „saltatione adhibita, cum qua, Musica „etiam addita, cuncta persolverint; „ita ut honestissimum quodque, rythmo „sancirent & saltatione iniciandum. Unde „puerorum chori, tibia cytharaque „praecincentibus ingressi, tripudiabant „in sacris; quos, subsecuti optimi quique, facta delectu, choreis excipiebant.“ Sed, apage profanas has mentes, vanissimasque caerimonias. Iudaeorum sacra, ad praescriptum Numinis sanctissimi exacta, non temerabantur istis inquinamenti irritamentiisque (procacissimis. Praesertim summae illis religioni erat, ne *diem Expiationis* ulla ratione profanarent, in quo spem omnem divinae gratiae,



tiae, felicitatisque totius anni, habebant  
 repositam. Abarbanel in Pentat. fol. 265.  
 col. 1.--3. „Hoc die, inquit, statutum  
 „ est tempus beneplaciti coram Israeli-  
 „ tis, ut conversi ad Dominum, imita-  
 „ rentur (Adami resipiscentis expiatique)  
 „ exemplum, & misericordiam a Deo in  
 „ coelis impetrarent. -- Hic dies, est dies  
 „ remissionis & expiationis, sicut eo ex-  
 „ piatum peccatum Israelitarum, in vitu-  
 „ lo (quem circum choreas agebant fe-  
 „ stas, conf. Exod. XXXII, 6. 1. Cor. X, 7.)  
 „ commissum. Hoc die, sedit Moses in  
 „ cavitate petrae, Exod. XXXIII, 22. vi-  
 „ ditque gloriam Dei transeuntem, &  
 „ Deus eum XIII. docuit proprietates  
 „ misericordiae. Inde, acquisivit sanctum  
 „ hunc diem, ut esset dies resipiscentiae,  
 „ confessionis, remissionis & expiationis,  
 „ & recordationis illarum proprietatum,  
 „ expiandis transgressoribus Israelis,  
 „ NB. qui se convertunt, sicut primus  
 „ Adam conversus est, & Deo unitus.“  
 Vt taceam, quae idem Abarbanel de die  
 Expiationum, NB. reliquis diebus solenni-  
 bus non adsimilando, quod expiatio eius  
 peccatorum omnium dierum totius anni  
 sit



fit, unde dicatur יום הכפרים כלשון רבים  
*dies expiationum in plurali*, ibidem monuit; hoc solum modo addam, illum fol. 266. c.2. *quietem Sabbato perfectiorem*, huic diei adſcribere, & quidem talem, qua *ipſa afflictio*, quae animas eorum debeat affligere, *quies dicenda* fit. Verum, iuvat adhuc audire Maimonidem, qui in Moreh Nebochim, P. III. c. XLIII. p. 470. ſ. omne hic punctum fert., Ad *Ieiunium diei*, inquit, *expiationum*, quod actinet, cauſſa illius eſt manifeſta. Excitat enim *ſtudium Reſipiſcentiae*. Ac praeterea eſt *dies ille*, quo Princeps Prophetarum (Moſes) cum tabulis ſecundis de monte deſcendit, & populo peccati ipſorum *magni Remiſſionem* annuntiavit. Hinc, in aeternum electus eſt, NB. IN DIEM MERVM RESIPISCENTIAE ET CVLTVS DIVINI (h.e. quo Reſipiſcentiam noſtram coram Deo teſtemur, & cultui divino unice vacemus.) *Ideoque NB. PROHIBITA EST IN EO OMNIS CORPORALIS tam VOLVPTAS* (ad quam vel maxime pertinent, virginum nupturientium clamorſae choreae,) *quam labor*



„*bor* & *defatigatio*, (h. e. omnia opera  
 „corporalia,) *NIHILOVE IN EO FA-*  
 „*CIENDVM NB. NISI PECCATO-*  
 „*RVM CONFSSIONES.* (h. e. nisi  
 „peccata confiteri, & ab illis se conver-  
 „tere.) *Ad reliquos dies festos quod adti-*  
 „*net, instituti illi omnes, laetitiae causa,*  
 „& propter publicas hominum congrega-  
 „tiones, ac conventus, qui hominibus  
 „& sunt necessarii, & utiles, ad mutuum  
 „inter se amorem fovendum; qui, in-  
 „ter homines, in civilibus ac politicis  
 „conventibus, necessario requiritur.“

VIII. Haec qui probe perpenderit, non  
 diffitebitur, putidum esse commentum,  
 quicquid Magistri traditionum, *de virgi-*  
*num, die expiationis choreas agentium, gau-*  
*dio publico,* tradiderunt literis. Vnde pro-  
 num colligere, neque illa, quae iidem, ad  
 horum similitudinem, *de Solemnitate quin-*  
*ti decimi diei, mensis quinti,* commini-  
 scuntur, ullam mereri fidem. At, in-  
 quis, Targum tamen Ionathanis, utrius-  
 que rei apertam facit mentionem, si-  
 gnatque adeo & confirmat eius verita-  
 tem. Respondebo, non meis, sed celeber-



berrimi noſtri D. Ioan. Gottl. Carpzovii  
 verbis, qui, ex re & vero, in Critic. S.  
 Ver. Teſt. P. II. c. I. §. 6. p. 470. ſcribit:  
 „ Targum in *THRENOS*, variis hinc  
 „ fabulis & hiftoriis, hinc meditationi-  
 „ bus, hinc ſimilibus & allegoriis, tex-  
 „ tum copioſe illuſtrat, & ſat amplam,  
 „ licet minus tutam, vel exactam, para-  
 „ phraſin exhibet. Perperam autem, in  
 „ Bibliis Polyglottis Londinenſibus, *Tar-*  
 „ *gum Ionathan* inſcribitur, cum talia me-  
 „ moret, & nomina & geſta, quae Iona-  
 „ thane longe ſunt poſteriora. α) Ti-  
 „ ti enim & Veſpaſiani (טיטוס ואספסניוס)  
 „ Romanorumque, & illatae per illos ur-  
 „ bi ſanctae deſolationis, meminit, c. I.  
 „ 19. & fruſtra collocatam in Romanos  
 „ fiduciam, c. IV. 17. deplorat: β) Filiam  
 „ vocis quoque c. III. 38. allegat: γ) Fu-  
 „ turam Iudaeorum, per Meſſiam & Eli-  
 „ am, liberationem c. IV. 22. iactat, &  
 „ vindictam Idumaeis denunciat: prae-  
 „ terea δ) falſas quoque hiftorias prodit,  
 „ v.g. c. II. 9. de mactato porco, oblato-  
 „ que eius ſanguine, ad quem portae  
 „ ſanctuarii in terram demerſae ſint;  
 „ c. V. 3. de confutis libris legis in man-



„ ticas, quas, lapillis ex ripa Euphratis  
 „ refertas & onustas, Nabuchodonosor  
 „ cervicibus principum Israelis imponi  
 „ iusserit, ne vacui incederent.&c. Tot  
 „ tamen ac tantis nugis & ineptiis non  
 „ scateret, ac Canticum, sed Textum sal-  
 „ tem pluribus verbis eloquitur, & non-  
 „ nunquam circumstantiis, ex ingenio  
 „ interpretis confictis, auget.“ Suffi-  
 „ ciunt haec, ad derogandam, in re prae-  
 „ senti, veriori Chaldaicae fidem: nam  
 „ aperte, ad falsas historias, fictasque cir-  
 „ cumstantias, ea pertinent, quae de virgi-  
 „ nibus scripsit, plangentibus, quod ad du-  
 „ cendos choros, XV. die mensis Abh, &  
 „ die propitiationis, exire desierint.

IX. Ut finem huic capiti imponam,  
 addito *quinto argumento*, perducam ad  
 liquidum, traditionem *de quinto decimo*  
*mensis Abh*, si ad *quintum mensem* refe-  
 ratur, inque *sensu literali* accipiatur, ma-  
 le cohaerere. Ita vero argumentor:  
*Mischnah in Codice Taanith*, (Per. IV. bal.  
 V.) *quinto decimo mensis quinti*, iam Fe-  
 stum ligni ad usum altaris afferendi,  
 (quod *εὐλοφοῶντων εορτή*, Iosepho Antt. II.

c.XVII.



c. XVII. p. 194.) adſignavit; praeterea-  
que vetuſtiſſimus codex, Megillath Taa-  
nith dictus, c. V. aliam illi diei ſolenni-  
tatem nullam adſcripſit. Ergo ſequitur,  
ut Autor Miſchnae Per. IV. hal. VIII. per  
diem quintum decimum menſis Abh, alium  
prorſus diem, quam qui in quintum men-  
ſem incidat, intellexerit. Verba Miſch-  
nae clariffima, haec ſunt:

בחמשה עשר בו  
כאב. ב) בני זתוא בן יהודה ועמם  
כהנים ולוים וכל מי שמעה בשבטו  
וכני גונכי עלי וכני קוצעי קציעות

Quinto decimo eiusdem Abh, poſteri Sathu,  
qui ex tribu Iuda, cumque iis Sacerdotes  
& Levitae, ac omnes, qui de tribu ſua in-  
certi erant, cumque his poſteri Gonbe, qui  
cognominati ſunt ex piſtillo, poſterique  
familiae, quae cognomen traxit ex con-  
tuſione ficorum abſciſſorum, ligna ſua of-  
ferebant. Quam modo adlegavi Megil-  
lath Taanith, Seldenus de Synedr. L. III.  
c. XIII. §. 12. p. 137. magnis laudibus extu-  
lit, & Morino quoque dictam Iudaeorum  
iudicio admodum antiquam, obſervavit;  
quamvis deinceps, §. 13. p. 145. ſ. ipſe  
Seldenus, illam potius pro Midraſch ha-  
beat,



beat, seu *expositione codicis vetustioris eiusdem tituli*, qui in magna olim auctoritate fuerit, deinceps vero, communi consensu, in desuetudinem venerit; unde Gemara Taanith tradat: „Festos dies, iure superinducto nixos, obtinuisse ob- servandosque fuisse, quamdiu nondum evanuerit aut abolita fuerit Megillath Taanith, sed a tempore illius abolitae (qua auctoritatem omnimodam) praeter dedicationis festum, & illud Purim, omnes reliquos evanuisse.“ Quicquid huius sit, ex illo codice vetusto, Seldenus c. V. p. 138. l. c. de festa solemnitate diei XV. Abh, haec solum potuit colligere: *In Abh, seu mense quinto, quasi Iulio, dies XV. festus est: quia זמן אפי כחניא* Tempus Lignorum Sacerdotum; id est, ut ibi explicatur, memoriae singularis *בני זתואל בן יהודה* Filiorum Zezhucl, filii Iebudae, pietatis ac munificentiae, in supplendis, post reditum e captivitate Babylonica, Lignis etiam & Sacrificiis. Nimirum, cum Mischna Taanith festos dies memoret, quibus a certis familiis, per vices, ligna ad usum altaris afferebantur, eosque complexim vocet:

זמן



זמן עצי כהנים והעם *Tempus ligna*  
*offerendi, Sacerdotibus populoque obser-*  
*vandum; vetuſtiſſima Megillath Taanith,*  
*ſpeciatiſſim diem XV. menſis quinti, feſtum*  
*designat, ut זמן אעי כהניא* *Tempus*  
*ſtatutum quo Sacerdotes ligna adferant.*  
 Quanto igitur maior Sacerdotum, quam  
 reliqui populi, auctoritas, eo etiam XV.  
 Abh, prae ceteris oblationum Ligni die-  
 bus feſtis, ſolennior illuſtriorque. Prae-  
 fertim, cum Sacerdotes קרבן עצים obla-  
 tionem Lignorum adpararent, ſtipati Le-  
 vitis omnibus, profelytis, ſervis, Nethi-  
 naeis, & Iſraelitis ſtirpis incertae; qui-  
 bus, in cumulum ſingularis laetitia ac  
 honoris, accedebant, poſteri quos vocant  
*Gonbe ex piſtillo, & poſteri familiae, ex*  
*ficorum abſciſſorum contuſione nomen*  
*trahentis.* En, Solemnitatem diei quinti  
 decimi menſis Abh, ſat amplam, ſat in-  
 clutam, ſatque hilarem; quae, per omnia,  
 ſacris Iſraelitarum decora, miniſterio  
 templi proficua, ipſiſque Sacrarum Lite-  
 rarum documentis conſona, invenitur.  
 Iſta vero, ita occupatos eo die intentos-  
 que habebat, Ebraeorum oculos & ani-  
 mos, ut nullum, choreis virginum du-



cendis, reliquum esset temporis spatium. Et, quodnam *religioso festo Sacerdotum*, cum *puellarum tripudiis*, *meditatisque Hymnæis*, consortium? Quis, Sacerdotibus alendo sacro altaris igni intentis, Virgines Iuvenesque abiisse credat, ut ad cupiditatem libidinemque se invicem accenderent. Maior sane *foederis illius solennis* fuit religio, quo Nehemiae X. 35. sacramento dicto, iureque iurando interposito, super *lignorum collatione* sortes iecerant, ecqui Sacerdotum, Levitarum & popularium, ea in Templum Dei, generatim certis temporibus quotannis adveherent, in altari Iehovae, ad praescriptum legis, comburenda. Maior, inquam, huius foederis exequendi religio, inque cultum Dei publicum ignesque sacros amor, quam ut, eo ipso tempore, quo sollemnissimo ritu Sacerdotes officio satis suo faciebant, Virgines piae ac honestae, de se paterentur dici: *Spēctatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsae.*

X. His sine dubio permotus, clarissimus vir, Ioannes Meyerus, in Libro elegantissimo praestantissimoque, cui titulum



lum fecit: טובים ימים *sive* Diatribe,  
*de origine & cauſſis feſtorum ſolemnium-  
 que dierum, quos olim Iudaei in terra  
 Canaan, hodieque in exilio, agitare conſue-  
 verunt; nullam prorsus mentionem fecit,  
 feſti diei menſis quinti, quo virgines  
 Iſraeliticae choreas publicas egerint; ſed  
 c. IV. ubi ſeriem textit feſtorum, cum a  
 Deo, tum a Iudaeis inſtitutorum, inter ſo-  
 lemnia menſis quinti, die quinto decimo,  
 nil niſi אע״ז כהניא זמן tempus li-  
 gnorum Sacerdotum, adnotavit, & quidem  
 ceu abrogatum, aſterisco illud deſignans.  
 Prout etiam noſtris temporibus, in fa-  
 ſtis Iudaeorum conſuetis, nulla eius ſo-  
 lennitatis fieri ſolet mentio. Hoc ſo-  
 lum iſtis uſu receptum eſt, ut decimo  
 quinto Abb, in margine adſcribant חמשה  
 עשר Ita duo faſtorum exempla ſignan-  
 tur, quae mihi ad manus in praefens  
 ſunt. Alterum habet:*

|    |          |           |         |          |
|----|----------|-----------|---------|----------|
| N  | טו       | ר         | ע״ז     | חמשה     |
| I. | XV. Abb. | IV. Hebd. | Decimus | quintus. |

|        |          |
|--------|----------|
| פיטר   | אגושטוס  |
| Peter. | Agustus. |



Alterum vero, legendum offert:

|          |           |         |          |
|----------|-----------|---------|----------|
| טו       | ד         | עשר     | חמשה     |
| XV. Abb. | IV. Hebd. | Decimus | quintus. |
|          | אבוסטי    | יז      |          |
|          | Agusti.   | XVII.   |          |

Sed audiamus, quid porro Cl. Meyerus, in diatribe de Festis, c. X. quod agit de diebus festiuis, a gente Iudaica institutis, qui incidunt in mensem quartum, quintum & sextum, differat. Ex instituto §. X. p. 301. f. scribit: „In diem XV. Abb, tempus lignorum Sacerdotum incidit, quo abstinendum est a luctu. (Non autem vacandum choreis.) Nam tempore Graecorum, Iudaeis non permittebatur ad templum ascendere, & primitias vel ligna adferre. Tunc pii ferebant primitias in corbis, secum gestantes mortarium & ficus. Et, rogati a vigilibus, (qui ad exemplum Iero-boam filii Nebat, in viis conlocati erant,) an ascensuri essent Hierosolymam? negarunt se ascensuros, & mortario se excusarunt. Alii, duo ligna instar scalae coniunxerunt, & interrogati ab iis, qui



„ qui excubias agebant, an ascensuri es-  
 „ sent Hierosolymam? responderunt ne-  
 „ gando, sed *scala* ista usuros se, ut au-  
 „ terrent pullos avium. Cum autem ex-  
 „ cubias agentes praeterierant, adfere-  
 „ bant ligna Hierosolymam, ut inservi-  
 „ rent oblationibus, hinc eorum memo-  
 „ ria est benedicta.“ Conf. eundem quo-  
 „ que Meyerum, c. XV. §. II. p. 373. f. Illu-  
 „ strationis gratia, ex notis Bartenorae, ad-  
 „ do sequentia: „ Quando Israelitae ascen-  
 „ debant e captivitate Babylonica, non  
 „ invenerunt ligna in conclavi. Obtulit  
 „ igitur quisque de suo, & Prophetae  
 „ contraxerunt inter se, ut ligna haec  
 „ sponte offerrentur de suis, etli con-  
 „ clave illis plenum esset. *Eo autem*  
 „ *die, quo ligna haec adducebant; simul*  
 „ *sacrificia spontanea adducebant, & il-*  
 „ *lum diem faciebant festivum, uti scri-*  
 „ *ptum est, Neh. X, 35.*— Et גונבי diceba-  
 „ tur haec familia, quae primitivos fru-  
 „ ctus dicto modo adducebat, eo quod  
 „ *furabantur שגונבין cor* custodientium  
 „ vias. Et עלי quoque vocabatur, eo  
 „ quod *ope עלי pistilli, humeris impositi,*  
 „ eludebant custodes.“ Cetera.



## CAPVT TERTIVM

Mischnae SENSVM verum ac genuinum ALLEGORICVM exponens, eundemque in XV. Abib, & X. Tifri, inter se comparatos, exactissime quadrare, demonstrans.

## §. I.

**P**Ater traditionis, quem vocant, Mischnae nostrae adsignatur, *Rabban Simeon filius Gamalielis*. Secundus hic sui nominis, inter posteros Hillelis magni, Synedrii Iudaeorum praefides. Prior ac senior, *Rabban Simeon, ben Gamaliel*, in excidio templi Hierosolymitani periit. Posterior autem iuniorque, ipsius ex filio nepos, circa annum Christi CL. floruit, & Synedrio quod Iabneae sedit praefectus, filium Iehudam genuit, *Rabbi* κατ' ἔξοχην, item *Ribbi*, & *Rabbenu Haccadosch* dictum, cui debetur collectio Mischnaioth. Pronum igitur foret, traditionem de XV. Abh, cum die expiationis comparato, per hos, ab ipso Mose derivare; siquidem Maimonidis vestigia premere liceret, qui retroeundo per Secula plurima, istam in Praef.



Praef. ad pandectas Mischnicas, nobis  
*scalam traditionalem* fabricavit: „*Ribbi*,  
 „ Legem in Israele confirmavit, senten-  
 „ tiis, dictis, & differentiis *ore traditis*,  
 „ a Mose usque ad tempora sua collectis,  
 „ cum & ipse ex iis esset, qui *ore tradi-*  
 „ *ta* referebant: utpote qui referret,  
 „ quae acceperat a *Simeone* patre suo,  
 „ ille a *Gamaliele* patre suo, ille a *Si-*  
 „ *meone* patre suo, ille ab *Hillele* patre  
 „ suo, ille a *Shemaia* & *Abthalione* prae-  
 „ ceptoribus suis, illi a *Iuda Tabbai* fi-  
 „ lio, & *Simeone Satabi* filio, illi a *Io-*  
 „ *sua Pherakaei* filio, & *Nathaeo Arbe-*  
 „ *lita*, ille a *Iose Ioezeri* filio, & *Iose*  
 „ *Iuchanani* filio, illi ab *Antigono Socensi*,  
 „ ille a *Simeone* iusto, ille ab *Efra*, (quo-  
 „ niam ipse, e superstitibus Synagogae  
 „ magnae fuit.) *Ezra* vero a *Baruco Ne-*  
 „ *riae* filio, praecceptore ipsius, *Baruc* au-  
 „ tem *Neriae* f. a *Jeremia*, ut & *Iere-*  
 „ *mias* sine dubio acceperat a Prophetis,  
 „ qui alii ab aliis acceperant, usque ad  
 „ *Seniores*, qui *Iosuae*, quae ipse a *Mose*  
 „ retulit, accepta tulerunt.“ Haec, de  
 „ omnibus Mischnicis, Legum, rituum,  
 „ traditionumque sanctionibus, credat *Iu-*  
 „ *daeus*



daeus apella, non ego. De quibusdam vero, nullus dubitaverim adferere, quin antiquissimae sint originis, & ab ipso forte Mose, per *canalem historicum* traditionis continuatae, nobis tamen ignotum, ad seros usque posteros, ipsumque etiam Mischnae compilatorem, profluxerint ac descenderint. Nec eminenti illi familiae Hillelianae, *depositum aliquod peculiare, placitorum a maioribus derivatorum*, prorsus abiudicaverim. Hinc, magna illa, Rabban Simeonis Gamalielis filii, in Mischna auctoritas, ut adferat ספר עולם הליכות a Cl. L'Empereur latine redditus: *Vbicunque aliquid in Mischna nostra docet, Rabban Simeon filius Gamalielis, secundum eum statuitur, praeterquam in (scitis ipsius, de) sponsore, venatore, & probatione sequente.* p. 203. f. coll. p. 21. & מכוא הגמרא p. 228.

II. Non opus vero *Mischnae nostrae selectae*, a Patre traditionis, antiquitatis genuinae gloriam conciliare, cum ex ipso eius argumento clarissime adpareat, eam continere doctrinam, Mosaicae prorsus consentaneam. Nimirum docuit Moses,  
Pri-



Primum diem Paschatis festum, i. e. XV. mensis Abib, esse כַּחַר עֲזַחְחֻחַ חַג לִיְרֵחוֹ Chagh Iehovae, ἑορτή κυριακή, festorum dierum omnium primum ac principem. Exod. XII, 14. Num. XXVIII, 16. 17. Diem vero Expiationum, esse Israelitis Sabbathum Sabbathi, Sabbathorum omnium maximum ac praestantissimum. (שַׁבַּת שְׁכַתוֹן לַכֶּסֶם סַבְבַּאֲתִי סַבְבַּאֲתוֹן עֲשֵׂאִי טַמִּי. Levit. XVI, 31. XXIII, 32.) Et hanc quoque, ipsissimam Mischnae nostrae summam esse, quae, Israelitis non esse tam festivos dies, quam hos ambos, declaraverit, mox demonstrabimus. Proinde Mosaici aevi doctrinam, in ista datur invenire ac recognoscere, & quidem talem, quam a Patribus Hebraeorum, in posteros propagatam, merito gaudemus. Hi ipsi vero, doctrinam illam vetustissimam, minus recte intellectam, commentis illis Talmudicis c. I. expositis, temporis successu, mire obscurarunt, tandemque prorsus ivere negatum ac reiectum. Audi, quae in Tzeror Hammor fol. 139. col. i. R. Abraham, ut Paschati detrahat, commentus est: אַבְרָהָם בִּפְסוֹם לֹא נֶאֱמַר כֹּן שְׁמַחָה (וְגו') „Verum, in Paschatis



„*festo, nullius laetitiae mentio est, quia*  
 „*tum temporis Legem nondum accepe-*  
 „*rant; & porro, quia tum gaudium*  
 „*ipforum, nondum fuit perfectum, us-*  
 „*que ad septimum post exitum diem, in*  
 „*quo Aegyptii submersi fuere. Idcirco*  
 „*plane nullius gaudii, in festo Paschatis*  
 „*mentio iniicitur.*“ conf. fol. 102. col. 4.  
 Aliter longe sensisset iste homo, vera veri  
 Paschatis cognitione destitutus, si in ve-  
 rum Mischnae nostrae sensum, ipsi da-  
 tum fuisset penetrare.

III. Hunc, ut eo felicius ac clarius pro-  
 feram in lucem, quaedam mihi prae-  
 struenda sunt, quibus perspectis, nulla  
 de reliquis poterit oriri dubitatio. I. Sa-  
 tis credo capite praecedenti evictum,  
 verba Mischnae, in sensu literali ac-  
 cepta, nec diebus, nec personis, nec re-  
 bus, de quibus agere videntur, conveni-  
 re; cumque reliquis traditionibus, pror-  
 sus non cohaerere, sed aperte pugnare.  
 Nisi igitur Mischnam hanc integram, ve-  
 limus reicere, necessum erit, ad sensum al-  
 legoricum eiusdem, ut recurramus. II. Con-  
 stat eruditis, sic ut in metaphorica &  
 em-



emblematica dictione, populi Orientis omnes, sibi valde placent; ita Iudaeos traditionum Magistros illam in primis deamasse, eiusque luminibus, pandectas Talmudicas mire frequentasse. Ingenuus Maimonides, More Nebochim P.III. c.XLIII. p. 473. „Solent, inquit, Rabbini nostri, ut „illi norunt, quibus consuetudo ipsorum „nota est, *Allegoriis* vehementer delectari, & crebro illis uti. Sunt vero allegoriae, *instar aenigmatum*, (*iucundorum*, h. e. delectationis gratia,) quorum sensus *intelligentibus* non est dubius: illa enim docendi ratio, illis temporibus, admodum fuit trita & usitata; quem ad modum Poetae quoque, istum morem observant.“ Cet. III. Ipsa Mischna nostra, sub finem, *indicia sensus allegorici* praebet, dictum illud illustre, Cantic. III, II. allegans, quod, secundum literam acceptum, huc nullo modo quadrat, & ab ipso auctore Mischnico, allegorice (licet perverse) exponitur. In Gemara etiam addita, clavem Mischnae allegoricam, aptissimam & exoptatissimam, Rabbi Elieser nobis, citato Es. XXV, 9. subministravit, qua tuto deinceps,



ceps, ad interiora traditionis referenda, uti poterimus. IV. Qui finem Mischnae nostrae, cum ipsius initio, prudens conferet, illi facile subolebit, eam, a compilatore traditionum veterum, qui saepe saepius, purpurae antiquorum oraculorum, fabularum suarum anilium lacinias, adfuere consuevit, esse interpolatam & adulteratam. Nimirum, a verbis: *ויהללוהו ומה דהו אמרות* *Quidnam vero dixerunt?* usque ad illa: *ויהללוהו כשערים מעשה* *factaque eius in portis depraedicabuntur*, intrusa omnia, supposititia, suspecta, virginibusque Hierosolymitanis indecenter afficta, sunt. Prout, simili ratione, expositio verborum e Cantico Canticorum adductorum, aperte genium interpolatoris prodit, stolidumque ipsius additamentum, ac adfumentum esse, perspicitur. Vnde nemo nobis vitio vertet, si ea solum traditioni huic illustrissimae adsignemus, inque acceptis feramus, quae, suspitione suppositionis ac perversae interpretationis omni, vacant, cum ipsa rei indole, verborumque intimo sensu, exacte conspirant, & non ludicra, sed seria, de diebus Israeli maxi-



maxime festivis, meditanda suggerunt. Denique V. observandum, codicem Tannich, qui tristissimi argumenti est, non potuisse maiori cum amoenitate finire ac claudi, quam, ut tot Iudaeorum infortuniis, miseriis & calamitatibus, recensitis, exitus omnium malorum exoptatissimus, in memoriam piis revocaretur, quem, per agni mactati sanguinem, perque Sacerdotis supremi unici expiationem, non ex terrestri solum Aegyptiaca servitute, sed ex infernalis quoque regni tenebris ac vinculis, die primo paschali, dieque unico expiationum, Israelitae genuini, vera in Messiam fide consequuturi essent, animoque lactissimo dudum iam praecepissent.

IV. Sed, inquis, durissimum videtur, cum diserte *mensis Abb*, anni ecclesiastici Iudaeorum *quintus*, hic exprimat, per illum *ensem Abhibb*, *primum* anni sacri, intelligere. Audi quaeso rationes, quibus inductus, hoc faciam atque syadeam. Non repeto, supra c. II. iam dictas. Illis autem, sequentia nunc adiicio. 1) *Mensis Abhibb & Abb*, unius eiusdemque, &  
der



derivationis sunt, & significationis. Derivantur ab ככב *primum* vel *praecocem fructum producere*, & תרן סתוועג, *aetatem maturiorem* indicant, mense quidem primo, *spicarum hordei*, mense vero quinto, *pomorum, reliquorumque fructuum*. vide supra, p. 24. & confer fis, Guffetii Comm. L. Ebr. p. 9. seq. Hinc facillime poterunt, inter se ita permutari, ut pro *Abhibb*, in Mischna nostra, *Abb* poneretur. Hoc 2) ob gratam quandam *Antanaclasin*, forte Veteribus placuit, quam in S. literis frequentem, nec in Mischna & Talmude insolitam ac inusitatam, cum ratione credimus. Conf. B. Glass. Rhet. S. Tract. II. c. III. p. 529. f. Quod si tibi, ista minus arriserint, observes 3) Menses *Abhibb*, a nonnullis etiam ab כב *Abb, patre*, derivari, hocque ipso insigniri nomine, quod *primus*, seu *pater mensium* esset, anno sacro. Exod. XIII, 4. Conf. Goodwini Mosen & Aaron, c. notis Reizii, L. III. c. I. n. 7. p. 299. Quin 4) nec illud absolum forte esset, si quis, *per scripturae & literarum compendium*, *Abb* pro *Abhibb*, scriptum ac lectum fuisse, adsereret. Eiusmodi compendia, Buxtorfius de Abbrev. Hebr.



Hebr. p. 4. *Abbreviaturas improprias* vocat, quando una alterave litera, a fine vocis refecatur. Affert ibidem, plurima huius scriptionis compendiosae exempla, nostro longe duriora. Quod vero addit: *refecta virgula obliqua, ad summum tatem literae ultimae posita, eiusmodi Abbreviaturas indicari*; id, non semper in codicibus antiquis observatum norunt eruditi, cum tota quoque accentuandi ratio, a membranis vetustissimis, plerumque exulet, rarissimeque in iis conspiciatur. Ut taceam, e re 5) Iudaeorum, pertinaciter Evangelio Iesu Christi fidem denegantium, fuisse, ut illustre illud ac luculentissimum Antiquitatis purioris, de primo Paschatis die, Festo expiationis, singulari quadam ratione, comparato, documentum, Christianorum oculis, quantum pote occultarent, involutumque tenebris subducerent.

V. Periculum tamen faciamus, anne ipsos veritatis Evangelicae, Religionisque Christianae, hostes, in consensum & partes nostras, pertrahere possimus, ut ipsi met fateantur nobis & concedant, per  
diem



*diem illum, quem Mischnah XV. Abb*  
*vocat, intelligendum esse XV. Abbibh,*  
*adeoque primum diem festum Paschatos.*  
*Fiet hoc, si sollicite expendamus, quod*  
*supra p.ii. R. Iosephum nomine R. Nach-*  
*manis, & p.17. f. Rabba bar Channa, ad-*  
*ferere percepimus: die quinto decimo*  
*mensis Abb, in Mischna designato, cum-*  
*que expiationis die comparato, raptas a*  
*superstitibus Beniamitis puellas Silounti-*  
*cas, in vineas ad choream egressas, de*  
*quibus Iudic. XXI, 19. seqq. Atqui dies*  
*hic raptus virginum Silounticarum, fuit*  
*dies primus Paschatis, fatentibus pluri-*  
*mis Rabbiniis. Ergo sequitur, ut de pri-*  
*mo Paschatis, sub nomine XV. Abb,*  
*Mischna nostra egerit. Non iussit mi-*  
*hi, ut haec confirmem, testem advoca-*  
*re Sebastianum Munsterum, qui Tom. I.*  
*Bibl. Critic. Anglic. in l. c. p. 2120. scri-*  
*bit: Sunt, qui per solennitatem (Silo-*  
*unticam) intelligunt Pascha. Ipsum po-*  
*tius R. D. Kimchium allegare iuvat, cuius*  
*in Bibliis Rabbiniis Buxtorffii, ad verba:*  
 טימים ימימה  
 ואפשר כי מפסח לפסח היה זה  
*Possibile est, ut hoc contigerit, de Pa-*  
*scha-*



*schate in Pascha.* Quamvis enim ad-  
 dat: aut de *Scenopegia in Scenopegiam*,  
 quia hoc tempus gaudii; aut in die *Expi-*  
*ationum*, quia illo filiae Israel prodibant  
 in vineas, secundum verba Doctorum no-  
 strorum, p. m. nobis tamen iam sufficit,  
 illum habere confidentem, potuisse hoc,  
 quod Gemara die XV. Abh factum asse-  
 rit, die Paschatis (sed quo alio, quam XV.  
 Abib) contigisse. Nec diffiteor, me ipsum  
 (licet ea, quae in contrarium B. noster  
 Schmidius, in Commentario disputat, &  
 post eum Io. Clericus attulit, probe ex-  
 penderim,) hoc persuasum habere, fuis-  
 se illum diem, quo raptae fuerunt a Ben-  
 iaminis puellae Silounticae, diem XV.  
 Abib, diem primum festum Paschatis.  
 Nam 1) emphatice admodum, ille dies  
 vocatur חג יהוה *Chagh Iehovae*, quae  
 phrasis, stilo Mosaico, diem Paschatis  
 primum omnino denotat. 2) De nullo  
 alio die commodius dici potuit, illum  
 Silunte, ubi tum arca & tabernaculum  
 foederis, cum toto cultu sacro publico,  
 locum habebat, quotannis stans diebus,  
 ut festum Iehovae, fuisse celebratum.  
 Accedit 3) huic diei festo, non quidem  
 E cho-



choreas, iuvenum irritatrices, quales Mischna fingit, attamen choreas, illis quas Miriam soror Moſis ducebat ſimiles, probe conveniſſe. Quales quoque B. Schmidius, Comment. in Iudic. p. 1565. intellectas vult, ubi ritum canendi & ſaltandi coram Iehovah laudat, pieque hunc in V. T. obſervatum fuiſſe, Davidis ante arcam Dei ſaltantis exemplo, adſtruit. Cui obſervationi, hanc quoque vir optimus addidit, ea quae ſuperius p. 32. monuimus, egregie confirmantem: „*Ad cultum honoremque Dei, liberi in tempore adſuefaciendi ſunt, ab omni vero NB. levitate & inhoneſtis gaudiis abſtinendi. Virgines in populo Iſraelitico, adcurata cuſtodia, a parentibus domi detinebantur, ut rariffime in publicum etiam progredi illis liceret. Quid ergo domi egerunt? Aut, nulla illis gaudia concedebantur? Quemadmodum domi, in laboribus domeſticis, occupantur; ita, ad publica ſacra & pia gaudia in honorem Dei adſueſciebant, ad ducendas pias choreas.*“ Has igitur locum habuiſſe, die XV. Abib, non autem illas amatorias, & verborum lenociniis



niis perstreptentes, cui libet facilis concesserim. Poterant istae virginales choreae, prodromae quasi esse, Legatorum Syne-  
drii, qui **יום טרב** circa finem  
*diei XV. Abib*, maxime Israelitis festivi,  
exibant, & fasciculos colligebant, ex illo  
quod terrae infixum erat (inter segetes,)   
ut eo facilius demeti posset manipulus,  
(ex hordeo, primitialis, **עטר** dictus.)  
Omnibus vero in urbibus vicinis con-  
gregabantur incolae, ut res eo magis in-  
claresceret. Nocte adveniente, non ne-  
mo dicebat: *occiditne Sol?* & alii re-  
spondebant: *Ita.* (Iterum quaerebat:)  
*occiditne Sol?* Respondebant: *Ita.* Ce-  
tera. **מסחה מנחות** Per. X. hal. 3. Su-  
renh. T. V. p. 98. Adparet hinc, quam  
festivus ille **יום טרב** *dies primus Pa-*  
*schatis festus*, Israelii fuerit. Quod au-  
tem hoc die, *de Sole occiduo* prae reli-  
quis erant solliciti, indicium fuit *Solis*  
*iustitiae, eo ipso die, sub umbras mortis oc-*  
*casuri.* Vtinam quaerent hodie Iudaei,  
quos atra nox iam diu opprestit: *Occiditne*  
*Sol?* Possemus nos Christiani, confiden-  
ter ipsis responsum dare: *Occidit vera*  
*re!* Sed, ut nos Deo consecrare: nur



*primitiae*, rursus ortus est e Sepulcro, spemque nobis fecit messis, post oblatum manipulum, abundantissimae.

VI. Ad Mischnam nostram nunc revertamur, verumque eius sensum hauriamus. Non corporis, sed animi gaudia, non carnales, sed spirituales deliciae, hic proponuntur. Ipsa Gemara, cum diem Expiationis, nonnisi ob condonationem ac remissionem peccatorum, redditaeque Israeli posteriores legis tabulas, admodum esse hilarem adferat, dux & autor nobis est, ut diem quoque decimum Abh, sive Abhibh, coelestibus beneficiis condecoratum, divinaeque gratiae bonis ac donis haud perituris cumulatum, laetum agnoscamus & luculentum. Huc, ipsa in primis utriusque diei comparatio, spectat & pertinet. Quid enim eximii isti dies habent, quod illis commune sit, quodque eosdem, ut dies omnium maxime Israeli festivos, prae reliquis cunctis commendet? Sane uterque, *Dies redemptionis*, *Ημερα απολυτρωσεως*, Israelitis fuit; uterque, *την απολυτρωσιν δια πυ αματων Ιησου χριστου, την αφεσιν*



των παραπτωμάτων, κατὰ τὸν πλοῦτον  
 τῆς χάριτος αὐτοῦ, *Redemptionem illam*  
*per lytron, per sanguinem nimirum Ie-*  
*su Christi, remissionem puta peccatorum,*  
*secundum divitias gratiae ipsius, cre-*  
*dentibus, non praefiguravit solum &*  
*ostendit, sed obsignavit quoque, & prae-*  
*libandam concessit; uterque, conspi-*  
*cuum fecit, diem veri Paschatis immo-*  
*landi, diem emortualem agni DEI, diem*  
*Expiationis in ara crucis faciundae;*  
*diem, qua morte sua Christus destrue-*  
*ret illum, qui mortis in nos habebat*  
*imperium, quaque, ingressus in Sanctua-*  
*rium coeleste, summus noster Sacerdos,*  
*proprio suo sanguine, aeternam nobis*  
*liberationem, a culpa & reatu, a poena*  
*& noxa, a dominio & tyrannide pecca-*  
*ti, acquireret. O dies exoptatissimos,*  
*& Israelii omnium sane festivissimos!*  
*Dies primus festus Paschatis, Diesque*  
*Expiationum, nonnisi ad unum illum diem*  
*Messiae respiciunt, quem Abraham vide-*  
*re gestiit, & vidit quoque, in filii sui*  
*Isaaci oblatione, additaque huic, arietis*  
*vicarii, cruenta ac piaculari victima.*



Nolo huc repetere, quae in Comm. de Agno, Cap. III. §. XVI. not. (hh) p. 343. ex Mischna, de gaudiis veris paschali- bus, protuli. Nec immorabor, recen- sendis diei Expiationis singularibus lau- dibus ac beneficiis. Hoc iuvat monere, licet Iudaei diem expiationum, in Misch- na nostra יום טוב *diem festum* meri- to vocent, eumque *diei festo Paschatis primo*, ex re & vero, comparent; tamen in Gemara Pesachim, I. 2. distingui ערב יום טוב *vesperam diei festi Paschatis primi*, ab יום הכיפור *vespera diei expiationis*; non sine arcana Dei directione, ut nimirum animadverterent, non hoc, sed illo die, Agnum Dei moritu- rum, & peccata nostra sanguine suo ex- piaturum. Sic quoque primas, *primo יום טוב הראשון* *primus diei Paschatis*, ושל מטה *deferre* videmus Magistros, ubi agunt de holocaustis, in diebus festi intermediis adducendis. Chagiga I. 3. Surenhus. T. II. p. 415.

VII. Verum, & quintus decimus Abh, five Abhibh, & Dies expiationum, ex ea potissimum ratione, a Mischna no- stra



fra omnium maxime festivi Israelitis dicuntur, quod in illis diebus *exiverint virgines Hierosolymitanae*. Paucis hoc ad meum sensum ut explicem, notandum כְּנֹת יְרוּשָׁלַם & filias, & virgines Hierosolymae, posse reddi; aut rectius coniunctim: *filias virgines Hierosolymae*. Nec caret emphasi, in numero unitatis, de Hierosolymae unius, filiabus virginibus plurimis, Mischnam loqui. Liceat huc illud Pauli adlegare, ex recondita veterum Ebraeorum doctrina depromptum: Η ἀνω Ἱερουσαλημ, ἡ ἐλευθερα, ἐστὶ Μητηρ παντων ημων. Illa quae sursum est Hierosolyma, libera illa, omnium nostrum Mater est. Gal. IV, 26. Vocantur credentes in Christum, Hierosolymae cives. Zach. XII, 10. Dicuntur vero etiam filiae Hierosolymae, quas alma mater Ecclesia, Christo sponso generat. Cant. I, 5. II, 5. Filiae hae genuinae Ecclesiae verae, Virgines quoque sunt, esseque dicuntur, ac ut tales Christo desponsantur. 2. Cor. XI, 2. Cantic. I, 3. II, 11. Zach. IX, 17. Apoc. XIV, 4. Recte B. no-  
ster Glasius: *Dicuntur & salvandi pii,*



VIRGINES, eorumque sic interior puritas, tam in doctrina & cultu divino, quam in vita & moribus denotatur. Omnes autem filiae virgines Hierosolymae, Deum proprie, Christumque unicum, verum Patrem habent, a quo regenerantur & adoptantur. Iac. I, 18. Ioan. I, 12. 13. Sunt hae filiae virgines, *אֲבוֹתָיו*, ex alto, de novoque natae, vere heredes Dei, & coheredes Christi, scriptae; unde quoque, hereditatis iure, pacem obtinebunt, quod Hierosolymae etymon indicat. Rom. VIII, 17. Pf. CXXII, 6. f. Ista, si Mischnae nostrae illustrandae adplices, videbis hoc ab illa adseri: „Primus dies paschatis, „diesque expiationis, fuere Israeli omnium maxime festivi, quod illis praesertim diebus, veri nominis Israelitae, „vera fiducia Christum Servatorem, „venturum in carnem, inque cruce moriturum, adprehendentes, *regenerationis adoptionisque*, adepti gratiam, ita ex „Deo (fidem nomini Messiae habentes) „geniti sunt, ut Ecclesiam veram, matrem salutare genuinam, seque castas eius „praestare filias virgines potuerint, & Agni mactandi, Sacerdotis supremi, non nisi „vir-



„virginalem amorem admittentis, spon-  
 „sas illibatas, heredes Patris, Filiique co-  
 „heredes, pacis in primis spiritualis ac  
 „divinae hereditate amplissima, admo-  
 „dum felices ac divites.“ Sic sane  
 aequum erat, de illis *diebus typicis* fen-  
 tire, quibus meriti ac mortis Christi ef-  
 ficacia omnis, non revelabatur solum in  
 umbris, sed etiam percipiebatur iam &  
 praegustabatur, in *gratiae regenerantis*  
 saluberrimis operationibus ac fructibus.  
 Adde, his ipsis diebus indicatum ac  
 praemonstratum fuisse, *illum diem Chri-*  
*sti emortualem ac piacularem*, quo, *agnus*  
*verus paschalis*, sua morte suoque sangui-  
 ne, *Sacerdosque summus unicus*, sua obla-  
 tione ac victima consummatissima, in  
 vitam nos omnes progenuit, inque *filia-*  
*rum Dei statum* ac *ius* adseruit. Mo-  
 riente Christo nati sumus, *mortis* ipsius  
*merito*, a morte liberati, *mortis* vero  
 eiusdem *efficacia*, ad vitam regenerati,  
 imo e morte in vitam translati. Prout  
 Rachel in nixu moriens, Benoni filium;  
 ita Christus Servator, in summis crucia-  
 tibus efflans animam, Christianos omnes,  
 in lucem vitae edidit. Vera Patrum vox:



*Ex latere Adami secundi, cum obdormierit moriens in cruce, natam esse Ecclesiam, sponsam eius, castam virginem, ipsi soli consecratam. Dubitasne, diem Redemptoris emortualem, verissimum natalem esse filiorum Dei, qui fidem ipsi dederunt? Audi, quaeso, Paulum, qui omnem rationem, qua dies primus Paschatis, dies verus expiationis N. Testamenti, (quod Agni Dei mactati sanguine constat perfectum,) filias ac virgines Hierosolymae supernae edidit, his complexus est verbis: Christus amavit Ecclesiam, SEQVE PRO EA DEDIDIT, quo eam sanctam redderet, & mundaret lavacro aquae in verbo, ut eam sibi praestaret gloriosam Ecclesiam, nulla macula aut ruga, aut ulla tali nota praeditam, sed quae sancta foret ac inculpata. Ephes. V, 25. -- 27. coll. v. 2.*

VIII. His ita explicatis, ad EXITVM illum filiarum virginum Hierosolymae, converto oculos, quo, die illo, qui Christo emortalis fuit, quique ipsius ingressum piacularem in coelum adumbravit, dicuntur exivisse. Quin iste exitus, ad  
 exitum



*exitum Israelis ex Aegypto, respectum*  
*habeat, nullus dubito. Et hac quidem*  
*ratione, idem hic Mischna indicat, a piis*  
*& regenitis animabus factum fuisse,*  
*quod fieri debere, Pesachim X. 5. Surenh.*  
*T. II. p. 174. ita inculcat: In qualibet*  
*generatione homo obligatur se ostendere,*  
**AC SI EXIRET EX AEGYPTO.**  
*Praeterea vero firmiter mihi persuasum,*  
*filias virgines Hierosolymitanas, יצארות*  
*exeuntes quoque describi, ut pateat, ipsas*  
*morem gessisse, Redemptori evocanti &*  
*imperanti: EXITE EX MEDIO*  
*(malorum) & separamini, neve impurum*  
*tangite, & ego vos accipiam, vobisque pa-*  
*ter ero, & vos mihi eritis filii & filiae.*  
*2. Cor. VI, 17. 18. coll. Ef. XLVIII, 20. LH,*  
*II. Forfan etiam ad illud simul respici-*  
*tur, quod deinde Paulus Hebraeis in-*  
*culcavit: Exeamus ad Iesum, (qui, ut*  
*suo sanguine lustraret populum, extra*  
*portam supplicium pertulit,) extra ca-*  
*stra, eius ignominiam ferentes. Hebr.*  
*XIII, 12. 13. Dicuntur autem exivisse IN*  
**VINEAS,** ut invitationi paruisse Sponsi  
*intelligantur: Surge, abi, arnica mea, pulcra*  
*mea, & ades. Nam ecce praeteriit hiems,*  
*eva-*



evanuit abiit imber, adparent humi flo-  
 sculi, cantandi tempus adest, & vox tur-  
 turis auditur in nostra patria. Ficus  
 edidit grossulos suos, florentesque fra-  
 grant odore vites. Et reliqua. Cant. II,  
 10. f. VINEAS, imaginem esse Eccle-  
 siae, eorumque omnium, qui Christum  
 veram vitem agnoscunt & amant, ipsi  
 ut vivi palmites intime coniuncti inhae-  
 rent, inque eo uberem fructum ferunt,  
 id vero latet neminem. Cant. VIII, 11. 12.  
 Es. III, 14. V, 1. XXVII, 2. 3. 6. Matth.  
 XX, 1. XXI, 33. Ioan. XV, 1. f. In vineas  
 igitur properasse & excurrisse, dicuntur  
 piaae animae, ut, quanto ferantur in Chri-  
 stum, religioso fidei impetu, inque eius  
 unionem & communionem flagranti  
 amore, luculenter declaretur. Sed, &  
 CHOREAS in vineis illas egisse adseri-  
 tur, ut spirituale piorum gaudium, in  
 statu gratiae, Christique amplexu lae-  
 tissimo, sub isto emblemate depingatur;  
 nec non, obsequium illud promptum ac  
 laetum, quod Servatori suo praestant,  
 cum non inviti, gemebundi, ac coacti,  
 non moerentes, queritantes, ac lugentes,  
 ipsius vestigia premunt, verum alacri ani-  
 mo



mo, volentes, & lubentes, imo ovantes  
ac tripudiantes, eius iussa exsequuntur,  
ipsique inservire, pro summa sua laeti-  
tia, felicitate ac gloria, reputant.

IX. Ita expositae Mischnae nostrae, ex  
asse respondet, *emblemata illud elegantissi-  
mum*, Apoc. XIV, 1. seq. ab ipso Spiritu  
sancto nobis propositum, *Citharoedorum  
Agnum in monte Zion* (ubi VINEAE Sa-  
lomonis nostri coelestis sitae sunt,) *stan-  
tem ambientium, qui citharis suis canunt,  
novum carmen recitantes ante Solium,  
quod nullus discere potuit, nisi redempti  
(Agni sanguine) a terra.* Attende quae-  
so, verba significantissima: *Hi sunt, qui  
cum feminis non sunt polluti: SVNT  
ENIM VIRGINES. Hi sunt, QVI  
AGNUM QVOCVNOVE VADAT  
SEQVNTVR.* *Hi, ex hominibus re-  
dempti sunt, PRIMITIAE DEO ET  
AGNO, quorum in ore nulla reperta  
fraus est: Sunt enim inculpati coram  
Dei solio.* Non possum mihi tempera-  
re, quin nonnulla hic adscribam, e prae-  
stantissimo Commentario Campegii Vi-  
tringae, quae adprime ad rem nostram

fa,



faciunt, & Mischnae a nobis explicatae,  
 multum lucis adfundunt. Ita vero ille,  
 in Apoc. XIV, 4. p. 868. seq. „VIRGI-  
 „NES illos esse, adferitur, hoc est, *Vir-*  
 „*ginum* instar castos & puros. Castam  
 „profiteri Evangelii doctrinam. Castum  
 „exercere cultum, & charitatem *αυτο-*  
 „*νεστον*. Soli Deo, in Christo, obnoxios.  
 „Divinae auctoritati soli, se subiicere.  
 „Praejudiciis Scholarum illius tempo-  
 „ris, superstitiosis & erroneis, non esse  
 „infectos. Casto & puro amore, so-  
 „lum complecti Christum. Vitam mo-  
 „resque suos, secundum castam & sim-  
 „plicem Evangelii doctrinam, compo-  
 „nere. Qualem Paulus *perfectam* Chri-  
 „sti *Sponsam* describit, quae, licet sit  
 „*Vxor* Christi, non desinit esse virgo.  
 „Cetera. *Hi sequuntur Agnum, quo IE-*  
 „*RIT.* Virtus est & character, quem  
 „Christus in veris suis discipulis requi-  
 „rit. Ad quem pertinet: α) Omnem  
 „veritatem, quae ex verbis Christi &  
 „Apostolorum, a quocunque homine,  
 „clare demonstratur, recipere & ad-  
 „mittere. β) Ecclesiae illi, in qua ani-  
 „ma pia, castam Iesu Christi doctrinam,  
 „&



„ & evidentes operationes Spiritus eius,  
„ & vestigia praesentiae eius, detegere  
„ potest, se aggregare. (Addo: & in il-  
„ la, tanquam *in vinea amoenissima*,  
„ omne animi spirituale gaudium, unice  
„ quaerere & invenire.) γ) In quali-  
„ cunque statu & conditione vitae, quam  
„ divina cui dispensavit providentia, ab-  
„ negatis utilitatibus privis, Christum  
„ Iesum aperta profiteri fronte, eiusque  
„ agere causam. (Quod, ex Matthaei  
„ XX, 12. vocare possis: *in vinea, diei*  
„ *onus ardoremque perferre.*) Proinde,  
„ si *Agnus eat* in Montem Calvariae, *suam*  
„ *portans crucem*: cum ipso (dicente:  
„ *ite in vineam hanc meam! v. 4.) ire*  
„ *extra portam, & eius ferre opprobrium.*  
„ Si, in montem Galilaeae: ibi Agnum  
„ audire, docentem. Si, in montem Oli-  
„ veti: ibi Agnum videre, evehum in  
„ coelos, & conscendentem thronum  
„ gloriae, sibi a Patre pararum.“ Haec  
„ Vitranga, & plura alia, lectu omnino  
„ dignissima. Quae, si cum antiquissimo  
„ Mischnae testimonio, de festi paschatis  
„ diei primi, & diei expiationis, exquisi-  
„ tissimis verorum Israelitarum gaudiis,  
„ com-



comparentur, non possunt non mirifice animos nostros delectari, deque veteris Testamenti praegustu, beneficiorum mortis & expiationis Christi, apud veteres suavissimo, nos reddere certissimos. Vnicum addo: *exitum virginum filiarum Hierosolymæ*, eodem fere stilo a Mischna descriptum, quo Sponsum prodeuntem sacrae pingunt literae, Pl. XIX, 6. *וְהוּא כְּחַתָּן יָצָא מִחַפְתּוֹ וּגְרַ' Et ipse tanquam Sponsus, egrediens de thalamo (umbraculo nuptiali) suo, gaudet exsultans, ut athleta, ad decurrendum curriculum.*

X. Eadem vero nunc ratione, *ORNATVM CANDIDVM filiarum virginum Hierosolymæ*, cuius Mischna nostra meminit, possumus investigare ac illustrare. Nimirum, is non solum, cum Es. LXI, 10. sed, vel maxime, cum Apoc. III, 5. 18. VII, 9. & XIX, 7. seqq. exacte convenit. Dignum memoratu mihi videtur, in Gemara Pefachim, fol. 109. col. 1. tradi: *In Babylonia mulieres vestibibus gaudere variegatis, in terra vero Israelitica VESTIBVS lineis DEALBATIS.* Hinc observatur, maritos uxoribus, patres filia-



filiabus, ad excitandum festivum gaudium, diebus festis Paschatis comparasse vestes albas. Milchna vero nostra testatur, filias virgines Hierosolymae, non illis vestibus propriis laetatas fuisse, sed aliis MUTVVM SVMTIS. Quenam vero istae? Qui cortici inhaerent, non nisi de vestibus corporis exponunt, quas e.g. filia regis mutuo sumserit, a filia summi Pontificis, & sic porro. Nos autem, dictionis allegoricae nucleum praeferentes, alias longe vestes, spiriuales nempe ac coelitus donatas, hic intelligimus. Nimirum filiae Hierusalem virgines, mutuo sumunt vestes candidas, a Rege Pontificeque summo, Sponso ipsarum unico, Iesu Christo. Hic, die Paschatis primo, quem & morte sua diem expiationis fecit, salutis a se partae vestimentis, togaque iustitiae, quae ipsi propria est, induit piis illas animas ac amicit, sicut sponsus decore comitur, aut ut suo sponsa ornatur mundo. Quamprimum regeneramur, Servatoris nostri salvifica gratia, iustificamur quoque, mutuo nobis data ipsius iustitia. Christum induimus totum, in primis vero, Christi iustitia



*nostra fit, cum fidei nostrae imputatur, quicquid Christus, obedientia sua, tam activa quam passiva, nobis promeruit. His pelliceis reparatae innocentiae tunicis, ab Agno Dei immolando mutuatis, iam primi nostri Parentes, nuditatem suam contexerunt. Videbis huc spectasse Ebraeos veteres, cum reflexo ad Mischnam nostram oculo, adfererent: die expiationis peccatorum veniam (candidam vestem filiarum Hierosolymae virginum) illis concedi, qui se converterent, Deoque unirent, sicut primus Adam conversus sit, & Deo unitus. Conf. supra p. 42. His autem vestibus etiam illi opus habent, qui probatis alias moribus fuerunt ornati, ne pudore adficiantur isti, qui ante suam ex Deo nativitatem, improbae vitae fuerunt, virtutisque expertes. Ita Paulus e. gr. licet iustitia in lege sita inculpatus esset, hoc tamen, pro damno, imo stercore habuit, ut Christum lucraretur, inque ipso inveniretur, non habens suam iustitiam, quae ex lege, sed eam quae ex fide Christi est, iustitiam quae ex Deo datur fidei. Phil. III, 6. seqq.*



XI. Candidam istam vestem, ab Agno Dei mutuo sumtam, Apoc. XIX, 7. Spiritus Sanctus vocat, *amicum byssinum, purum ac splendidum. Datum, inquit, Sponsae est, ut amiciatur bysso pura & splendida. Byssus enim, sunt iustitiae sanctorum.* Adludunt haec manifeste, ad Sacerdotum Ebraeorum vestitum, & in primis ad ornatum pontificis summi, quo die expiationis incedebat, indutus albis vestibus. „Hae nimirum (obser-  
 „vante Io. Braunio, de Vest. Sacerd. Hebr.  
 „L. I. c. XI. p. 234. f.) excellentiori signi-  
 „ficatu vocantur לבן בגדי Vestes al-  
 „bae. Nec immerito. Nam multo ma-  
 „gis albae dici possunt, quam Sacerdo-  
 „tum reliquorum, cum hae non omnes  
 „albae fuerint. Habuerunt enim colo-  
 „res alios admistos, quod in Balteo vi-  
 „dere licuit, qui constabat, non tantum  
 „ex lino albo, sed & ex lana, hyacinthi-  
 „ni, purpurei, & coccinei coloris. At  
 „vestes Pontificis maximi, die Expiatio-  
 „num, omnino nullum alium colorem  
 „agnoverunt, etiam in ipso balteo, qui  
 „illo die ex albissimo & purissimo lino  
 „constabat, non minus quam feminalia,



„ tunica & cidaris. Inimmo, ut constaret,  
 „ ministerium illius diei fieri debere *in*  
 „ *vestimentis albis*, velum quoque byssi-  
 „ num, i.e. *album*, pandebatur inter Pon-  
 „ tificem maximum & populum, quum  
 „ vestes mutabat, quod caeteris anni die-  
 „ bus non fiebat. „En typum Christi, iu-  
 „ stissimi, sanctissimi, innocentissimique.  
 Qui vero, vi expiationis in cruce factae,  
 nobis iustitiam suam ac salutem omnem  
 communicat. Quae, *ubi nostra fit* per  
 veram fidem, encomium illud Ioanneum  
 habet: *Byssus sunt iustitiae Sanctorum.*  
*Iustitiae* inquam, quia statim ad *iustitiam*  
*fidei*, *iustitia vitae* adiungitur. Ut re-  
 cte adeo Vitringa, p.1099. scripserit: „Per  
 „ communionem *Iustitiae Christi*, *fide*  
 „ *acceptae*, veram sibi Sponsa comparat  
 „ *Sanctimoniam*; quo habitu, Deo grata,  
 „ & hominibus reverenda est.“ Sed *ha-*  
*bitus iste*, in quantum *iustitiam* & *sancti-*  
*moniam internam*, quae novum hominem  
 constituunt, comprehendit, quotidiana  
 ablutione ac dealbatione in sanguine  
 Agni, indiget. Apoc. VII, 14. Et hoc  
 Mischna indicat, dum monet: *Omnes*  
*vestes lotionem requirebant, priusquam*  
*indue-*



induerentur. Inculcatum ita vides, post regenerationis, adoprionisque divinae, collatam gratiam, serium ac continuum renovationis ac sanctificationis quotidianae studium. Eadem fere consecutione ac argumentatione, Paulus scripsit: *Haec igitur habentes promissa, carissimi, purgemus nos ipsos, ab omni & corporis & animi labe, sanctimonia perfungentes cum Dei metu.* 2. Cor. VII, 1. Huc crebrae lotiones vestium, in sacris Ebraeorum spectabant omnes. Insinuabant piorum animis, illud Ioannis Apoc. XXII, 11. *Qui iustus, iustificetur adhuc! Qui sanctus, sanctificetur adhuc!* In primis vero summa Veteres sollicitudine cavebant, ne quis gratiam expiationis, per sanguinem Agni Dei impetrandae, ad libidinem transferret, sibi que purus videretur, quum non esset a peccatorum stercore ablutus, sed sordidae suis instar, in volutabro caeni haereret. Hinc gravissimum illud Mischnae statutum, in נדנ״ Per. VIII. hal. 9. Surenh. p. 257. 258. „Qui dicit: *Peccabo, & resipiscam!* Peccabo, & resipiscam! „ non suppeditant in manum eius, ut „ resipiscat. Qui dicit: *Peccabo, & dies*  
 „עכ-



„ *expiationis expiabit!* illum dies expia-  
 „ tionis non expiat. Scelera, quae homo  
 „ in Deum perpetraverit, dies expiatio-  
 „ nis (*cum Poenitentia*, conf. hal. 8.) ex-  
 „ piat. Scelera, quae homo in socium  
 „ suum perpetraverit, dies expiationis  
 „ non expiat, donec placaverit socium  
 „ suum. Hoc, sic exponit R. Eleazar,  
 „ filius Azariah: Ab omnibus peccatis  
 „ vestris, *coram Domino*, mundi eritis!  
 „ Scelera, quae homo in Deum perpetra-  
 „ verit, dies expiationis expiat. Quae  
 „ homo in socium suum perpetraverit,  
 „ dies expiationis non expiat, nisi prius  
 „ placaverit socium suum.“ Addamus  
 sequentia quoque, quae auctorem ac  
 fontem verum ablutionis peccatorum,  
 & emundationis animarum, Ebraeis  
 probe cognitum fuisse testantur: „ Di-  
 „ cit R. Aquiba: Beati vos, Israel, *coram*  
 „ *quo* vos mundatis! Quis vos mundat?  
 „ Pater vester, qui est in coelis. Quia di-  
 „ citur: *Spargam super vos mundas*  
 „ *aquas, & mundi eritis.* Et dicit Dō-  
 „ minus: *Fons Israelis Iehovah.* Quid  
 „ *fons?* Mundat immundos. Etiam,  
 „ Deus



„Deus benedictus (conf. Rom. IX, 5. &  
 „Hebr. IX, II.-- 14.) mundat Israel.“

XII. Non piget, quo hactenus dicta eo  
 magis illustrentur ac confirmentur, uti-  
 lissimam adscribere clarissimi Io. Brau-  
 nii commentationem. Vir iste doctif-  
 simus, L. II. c. 26. de Vest. Sacerd. Hebr.  
 p. 884. 885. haec dedit: „*Vestimenta*  
 „in verbo Dei significare *gratiam &*  
 „*iustitiam Christi*, patet vel ex vestibus,  
 „quibus amicti erant nostri parentes  
 „post lapsum. A Deo enim vestiti sunt  
 „pellibus animalium, non tam ut *nudi-*  
 „*tas carnis*, quam ut *mentis labe*, &  
 „*peccati foeditas* tegeretur, iustitia pro-  
 „missi feminis mulieris, Iesu Christi.  
 „Et sane vestes has, ornatum animi po-  
 „tius, quam corporis decus, ideoque  
 „*iustitiam Christi* significare, nemo ne-  
 „gabit, qui audivit Apostolum Paulum,  
 „2. Cor. V, 3.4. & Ioannem Theologum,  
 „Apoc. XVI, 15. In illis locis, per *nudi-*  
 „*tatem*, Spiritum Sanctum intelligere *la-*  
 „*bem & foeditatem mentis*, imo *pecca-*  
 „*tum*, nemo sanae mentis inficias ibit.  
 „At, quemadmodum *nuditas*, peccatum



„ & *mititiam* nostram significat; sic  
 „ & *vestes*, sunt *symbola sanctitatis* & *i-*  
 „ *ustitiae Christi*. Ideo Christus ipse, mo-  
 „ net electos suos, ut emant a se *vesti-*  
 „ *menta alba*, id est, ut *amiciantur inno-*  
 „ *centia* & *iustitia sua*, ne manifestum  
 „ fiat dedecus nuditatis. Apoc. III, 18. Et  
 „ apud Prophetam Ezechiel Deus dicit  
 „ Se sponsam suam, nempe Ecclesiam,  
 „ aut electos in Ecclesia, vestivisse opere  
 „ Phrygionico, bysso, & aliis ornamet-  
 „ tis. Quo *ornatu*, procul dubio intel-  
 „ lit, *gratiam suam* & *iustitiam*, qua  
 „ peccata nostra, tanquam pretiosa ali-  
 „ qua veste teguntur, ne unquam in eius  
 „ conspectum veniant. Idem intelligit  
 „ Psaltes, Ps. XLV, 14. 15. ubi ornatus &  
 „ gloria filiae Regis, sive Ecclesiae, lau-  
 „ datur; Ideo, quod sit intus ornata, in  
 „ ipsis scilicet dotibus mentis, fide & iu-  
 „ stitia Christi, magis quam in aliquo  
 „ apparatu extrinseco. Nec aliud quid  
 „ intelligit Christus, per *vestimenta* illa  
 „ *nuptialia*, quibus Sponso nostro grati-  
 „ sumus. Matth. XXII, 11, Ob eundem  
 „ finem Deus, sub veteri Testamento,  
 „ mandavit *mutationem* & *lotionem ve-*  
 „ *sti-*



„*stimentorum*, ante quam ad se accede-  
 „rent. Quo etiam respexit Ioannes,  
 „Apoc.VII, 14. ubi legimus, Sanctos *sto-*  
 „*las suas lavare, & dealbare, in sangvi-*  
 „*ne Agni.* Vnde Patriarcha Iacob, non  
 „accedebat ad Deum, nec ad ipsius alta-  
 „re, nisi depositis prius vestimentis,  
 „quod etiam fecit tota eius familia.  
 „Gen.XXXV, 1.2. Qua de causa, mu-  
 „lier captiva, Israelitae nuptura, teneba-  
 „tur vestes deponere, & alias sumere.  
 „Deut.XXI, 13. Quo facto, Deus signi-  
 „ficare voluit: Sponsam suam, e ser-  
 „vitate & captivitate peccati, in liber-  
 „tatem vendicatum, si veram commu-  
 „nionem secum habere serio vellet,  
 „omnes centones veteres, & affumenta  
 „peccati, deponere, iustitia vero & san-  
 „ctitate, Christi Redemptoris, velari debe-  
 „re. Et sane, si Iosephus, ut accede-  
 „ret ad regem Ægypti, si filius prodi-  
 „gus, ante quam patrem adiret, & cum  
 „eo reconciliaretur, vestes novas &  
 „splendidas sumserunt, veteribus depo-  
 „sitis; Gen.XLI, 14. Luc.XV, 22. quan-  
 „to magis, electi in Ecclesia, tenentur  
 „novis vestibus, *iustitia Christi*, indui,



„ veteramentis & centonibus peccati  
 „ exutis “ Cetera.

XIII. Quam dedimus Mischnae nostrae allegoricam expositionem, ipsa clausula eidem imposita, evidentem comprobatur & corroboratur. Ita enim illa, omittis (quae iam supra p. 60. eliminanda duximus) interpolatis adfutisque spuris commentis, post בכרמים pergit: וכן הוא אומר וגו' *Propterea ille* (Deus ipse, vid. Lex. Talm. Buxtorffii, p. 603.) *dicit: Exite & videte filiae Tisionis, Salomonem regem corona ornatum, quam paravit ipsi mater sua, die sponsaliorum eius & die laetitiae cordis eius.* Manifestum hic omnibus, gaudia diei XV. Abib, & X. Tisri, ad ipsum fundamentum, fontemque verbi divini, revocari & exigi. Loco autem allegato Cantic. III, II. non carnis, sed spiritus, non corporis, sed animi hilaria, exponuntur. Porro, quas Mischna ante *filias Hierosolymae virgines* vocarat, nunc testatur *filias Tisionis* esse, i. e. animas, vera in promissum Messiam fide, e morte peccati, in vitam spiritualem, ex statu irae in gratiae statum, e regno Sathanae



nae in Dei regnum, translatas, a Deo patre regeneratas, Filio Dei desponsas, perque Spiritum Sanctum sanctificatas, sicque dignas Ecclesiae verae natas ac domesticas. Praeterea, *exitus harum virginum filiarum*, a Deo mandatus, non pede sed fide, non corpore sed mente, non motu locali, sed desiderio coelesti, factus denotatur. Ad haec, *Choreae in vineis, de accessu* gratulabundo ac venerabundo, *ad Regem Zionis*, divinum Salomonem, *deque summo*, ob illum nuptiali corona, die sponsaliorum ipsius, dieque laetitiae cordis eius, a matre coronatum, *credentium gaudio ac tripudio*, explicantur ac demonstrantur. Quae, cum *mystica* omnia sint, & ex intimis rerum spiritualium divinarumque recessibus deducantur; etiam *Mischnica* diei XV. Abib & diei Expiationum *Hilaria*, non aliter accipienda esse patet, quam supra eadem exposuimus. Nimirum, *dies mortis Christi*, inter festos Paschatis primus; *dies verus Expiationum*, per Agni mactandi, Sacerdotis supremi, sanguinem; *excitavit* quotannis *filiis Zionis virgines*, ut Messiae venturo, sanctis occurrationibus,  
stu-



studiis & votis, amplexibusque fidei ac  
 spei laetissimis, obviam irent. *Exibant*  
 igitur, terrenis, caducis ac vanis, multo  
 autem magis, impuris, libidinosisque oc-  
 cupationibus, gaudiis & desideriiis. *Exi-*  
*bant* etiam, mortis tenebris, legis tor-  
 mentis, cerimoniarum umbris, metus-  
 que servilis carceribus. *Exibant*, in-  
 quam, ut in Regem Salomonem, Principem  
 pacis, gratiae fontem, vitae recuperato-  
 rem, salutisque aeternae auctorem ac da-  
 torem, animum laetabundae converterent  
 ac oculos. In agnitione ipsius viva de-  
 lectabantur, ipsiusque adspectu desidera-  
 tissimo recreabantur. Veneratae coelo-  
 rum Regem, eundem exosculabantur ani-  
 marum Sponsum. Coronam eius suspi-  
 cientes, sponsaliorum laetitiam anhelab-  
 ant, inque ipso solo deliciabantur. Haec,  
 vera & solida *filiarum Hierosolymae vir-*  
*ginum* gaudia, nonnisi in Agni paschalis  
 sanguine, & Sacerdotis summi expiatio-  
 ne, acquiescebant. Hinc rectissime illi  
 instituunt, qui verba Canticorum divina,  
 ita interpretantur: „Spectate *desponsa-*  
 „*tionis rationem*, in diademate quo co-  
 „ronavit Salomonem vestrum mater sua,  
 „ in



„ in die desponsationis eius, in spinea ni-  
„ mirum corona (quae charitatis quo-  
„ que corona est, quia ex charitate illam  
„ sibi imponi passus est,) quam Christi  
„ capiti imposuit Iudaeorum Synagoga,  
„ ex qua ipse est secundum carnem; in  
„ die salutiferae mortis eius, in qua, pro-  
„ prio sanguine, Ecclesiam sibi desponsa-  
„ vit; & in die laetitiae cordis eius,  
„ qua quidem pro nobis salutarem mor-  
„ tem oppetens, nos ab hostis servitute  
„ liberavit, atque ita Patris obtemperans  
„ voluntati, laetatus est spiritu, licet carnis  
„ vexaretur cruciatibus.“ Conf. Bibl. illustr.  
B. Calovii, Tom. I. in V. T. p. 1271. 1272.  
Alia nunc addere, non vacat.

XIV. Pauca adhuc, de R. Bartenora,  
ipsaque Gemara, sensui Mischnae nostrae  
allegorico, non faventibus solum, sed &  
adstipulantibus, ac consentientibus. Ad  
Bartenoram quod adinet, allegavit ille,  
supra p. 9. choreis filiarum Hierosoly-  
mae virginum illustrandis, Ier. XXXI, 13.  
Istud vero oraculum Propheticum, aper-  
te tempora Messiae novique foederis re-  
spicit, & sub rerum terrenarum imagine,  
spirituales ac coelestes pingit, per tem-  
pora,



poralia item gaudia, spiritualia adumbrat ac repraesentat. Vid. Comm. B. Seb. Schmidii, T. II. p. 184. 185. & in primis p. 235. ubi scite: „Per Christum, inquit, „Deus, omnem luctum, & moeroris spiritualis causam, aufert, & corda fidelium, spiritualibus bonis suis, ita laetificat, ut omnes, iuvenes & senes, in perpetuo gaudio vivere possint & debeant. „Vt nimirum impleatur, ad quod Apostolus hortatur: *Gaudete in Domino semper.* Phil. IV. Hoc est, quod hic praedictum: *Tunc laetabitur virgo in chorea, & adolescentes ac senes simul, convertam enim luctum eorum in gaudium.*“ Gemaram vero, cum supra p. 15. 16. inspicio, arridet mihi vel maxime R. Elieser, qui *de gaudiis iustorum in horto Eden*, a Deo sancto benedicto parandis, exponit; ita quidem, ut ipsummet Deum, in medio iustorum sessurum, gaudiorum illorum scaturiginem ac fontem designet, addatque sapienter admodum: *Tum singuli Deum digito ostendent, dicentque prout habetur. Es. XXV, 9.* Vides hic, procul haberi rationem oblectamentorum carnalium omnem, inque horum



locum, mera divina, spiritualia, & coelestia gaudia, substitui. Et talia quidem, quae a Deo, in medio iustorum sedente ac conspicuo, originem trahant, quibusque adeo pii, & mente & corpore, in Deo ipso vivo, abunde delicientur. Haec vero gaudia, nec concipi, nec dari, sperarive potuerunt, nisi in Dei filio, promisso Messia, vero Immanuele, revelando in carne, & facta per semetipsum peccatorum nostrorum expiatione, evahendo ad dexteram maiestatis, ubi plena ipsi, quam nobis subministret, gaudiorum copia, inque dextera eius perennes voluptates. Recte proinde R. Elieser, Es. XXV, 9. huc adlegavit. Spectat nimirum vaticinium istud, ad ea omnino tempora, quibus Deus in carne manifestatus, sedebat in medio populi sui, ita ut digitis monstrari posset, & dicier hic est. Verba ipsa ita concepta ac comparata sunt, ut Ecclesia iisdem gaudia sua, de Messia promisso, nunc dato exhibitoque, testetur, & ad eius laudes concelebrandas omnes secum excitet. Sic igitur *filiae Hierosolymae virgines*, secundum Rabbi Elieser, die primo Paschatis, dieque expiationum, futura (tempore



pore adventus Christi) Ecclesiae gaudia, mente ac cogitatione praeceperunt. Ita pariter egressae, Spiritu Sancto luce ac duce, in vineas sunt, ut praedixerint, de Messia Agno Dei immolando, deque ipso summo pontifice, proprio suo sanguine in sanctuarium coeleste ingressuro: *Ecce Deus noster hic est, quem expectamus, & qui nos salvabit. Hic est Iehova, quem expectamus, laetemur & gaudeamus de salute eius.* O casta solidaque piarum mentium gaudia! O sancta religiosissimaque, fiduciae in salute futura exultantis, tripudia! Observamus, ad ipsum oraculum propheticum, cum celeberrimo Vitringa, in Ies. XXV, 9. Tom. II. p.59.

„a) Ecclesiam omnis temporis, nullum sibi proposuisse *Salvatorem* alium, ac *Deum*, verae participem Divinitatis. *Salvatorem hominem* Ecclesia ignorat.

„Pertinet ad gloriam Ecclesiae, esse עם כיהיה נושע *Populum, servatum per Iehovam.* Sic Moses, Deut. XXXIII, 29.

„quem Iesaias imitatur. β) Verba Prophetiae sic esse constructa, ut nos ultro invitent, ad speciatim cogitandum de *persona Filii Dei*, magni Servatoris &

„Sal-



„*Salvatoris*, qui cum olim Populo posterorum Iacobi praestitisset salutem temporalem, in fine dierum adpareret in carne, *ad impetrandam* (omni populo Luc. II, 10.) *salutem spiritualem & aeternam*: cuius nomen IESVS hic agnoscimus, *in nomine* יֵשׁוּעַ *Ieschua-* *salutis*, quam ipse מוֹשִׁיעַ *Servator* adfereret. Ipse est *Iehovah, Goel & Servator*.“ Sed haec haecenus.

§. XV. Cum in Gemara Rabh Menachia tradat, diem decimum quintum Abh vocari SECVRIS FRACTOREM; istud quoque, spirituali sensu, sine dubio, a Veteribus intellectum, optime quadrat, in diem primum Paschatos *festum*, Servatori nostro *emortualem*. Hoc enim die, excisus ille fuit, instar ligni viridis, e terra viventium, Es. LIII, 8. ut nobis, aridis & infrugiferis arboribus, si per veram poenitentiam ac fidem, complantati similitudini mortis ac resurrectionis ipsius, mutemur in melius, securis divina parceret. Rom. VI, 5. Luc. XIII, 6. 7. XXIII, 31. Hoc quoque die, *vis Solis, iustitiae divinae vindicis, urens ac combu-*



*burens*, credentium in Christum respectu, defecit, ut contra blande refocillemur *Solis gratiae ac vitae radiis*; adepti, in his alis aeternae lucis, sanitatem & salutem consummatissimam. Mal. IV, 2. Coronidem nunc huic Schediasinati imponam. De *laetitia Diei expiationum*, cum *gaudiis primi Iom tobh Paschatis*, comparata, R. Bartenora p. 9. *Initiatam esse die Expiationis domum Sanctuarii*, perhibet; Gemara autem, *Die expiationum tabulas legis posteriores Israeli exhibitas*, p. II. adferit. Vtrumque, ad verum diem expiationum, diem nimirum primum Paschatis, Servatori nostro emortualem, adludit pulcerrime. Moriens Dei Agnus, isthoc ipso die, *domum Sanctuarii Ecclesiae novi Testamenti*, initiavit ac consecravit; simulque, *tabulas legis posteriores*, Israeli spirituali, ea ratione exhibuit, ut non solum *legem fidei* suo obsignaret novi foederis sanguine, sed in primis *legi operum* pro nobis plenissime satisfaceret. Con. Io. XVII, 19. Hebr. IX, 15. -- 24. Rom. II, 24. -- 27. VIII, 1. -- 4. Hoc unum miror.



mìror. Obliti sunt Magistri eius, quod in Schalschel. haccab. p. 9. a. de Isaa-  
co tradunt : כיום צכ נעקר *Liga-  
tus fuit die ieiunii Expiationis.* Ve-  
rum, id nobis Christianis, ne unquam ex-  
cidat memoria. *Non fuerunt sane Israe-  
li tam festivi dies, quam iste quintus deci-  
mus Abhibh, quo Agnus Dei ad arae  
crucis cornua ligatus est, & dies ille  
Expiationis antiquissimus, quo Agni Dei  
typus Isaacus, arae Abrahamicae olim  
cornibus fuerat adligatus.* Atque ita,  
*reconditae in Mischna doctrinae Ve-  
terum fidei, aliquod e tenebris moni-  
mentum eruere conatus sum. Videant  
Eruditi, anne varia adhuc in Talmude  
latere possint, agnitae a maioribus Iu-  
daeorum, & traditae quoque, sed a po-  
steris caecis infuscatae ac obscuratae,  
Veritatis Evangelicae ac Religionis Chri-  
stianae, luculenta satis admiran-  
daque vestigia.*



## MANTISSA

Supplementorum quorundam  
 Commentarii de Agno ad arae  
 cornua ligando.

*Ad Cap. I. §. V. not. (k) p. 53. seq.*

**I**n Bibliis Germanicis, Augustae Vindellicorum, Fol. sine mentione temporis & typographi impressis, Pf. CXVIII. comma 27. ita redditur: *Sezent den Hochzeytlichen tag, in den dicken walden. vntz zu dem horn des Altars.*

In Psalterio glossato Germanico, Fol. sine mentione temporis & loci impresso: *Seczt den heiligen hochzeytlichen tag, in das gedicken Zeytlichen, bis an des alters ecken. Glossa. das ist den hochzeytlichenn tag, zu weyhenechtenn zu ostern an der vfart und andre hofen ragen die dy Kirche mit andechtigen Christen, psaffen und leyben in gottes dienst angedrungen werden bis zu dem altar.*

„ Ex-



- „ Expositio libri Psalmorum regii pro-  
 „ phete per reverendum & religiosum  
 „ patrem Petrum de Harentalis priorem  
 „ florentensem premonstratensis ordinis.  
 „ ex diversis sanctorum codicibus indu-  
 „ striose collecta.“ Reutlingae 1488. Fol.

(Constituite diem solennem) dies solennes  
 natiuitatis & resurrectionis Christi, &  
 consimiles qui constituti sunt per eccle-  
 siam. (in condensis) i. ut populus fidelis  
 conveniat ad Ecclesiam in densitate ple-  
 bis. Translatio hebraica habet in con-  
 gregationibus. Et translatio romana  
 habet in confrequentationibus: vide-  
 licet populi christiani. (usque ad cor-  
 nu altaris) ita quod ecclesia implea-  
 tur populo & clero. Greg. IX. moral.  
 Moraliter autem solennem diem domino  
 in frequentatione constituit. qui se as-  
 sidue in eius desiderio afflixit. Qui ni-  
 mirum solennitatis dies usque ad alta-  
 ris cornu precipitur tendi. quatenus  
 tamdiu necesse est, ut quisquis se affi-  
 ciat, quo usque ad superni sacrificii.  
 i. ad gaudia pertingat eterna Aug.

- „ Postilla suavis & utilis super totum  
 „ psal-



„ psalterium Reverendissimi patris &  
 „ domini domini Hugonis Cardinalis  
 „ sancte Sabine ac theutonie legati  
 „ utriusque testamenti primi postilla-  
 „ toris fecundissimi: nec non sacre  
 „ theologie professoris profundissimi  
 „ ordinisque predicatorum. per Antho-  
 „ nium Koberger Nurnberge impressa  
 „ A. D. 1498. fol.“

(Constituite diem solemnem) ad lite-  
 ram in nativitate passionem resur-  
 rectionem & ascensionem & alia  
 festa instituite celebranda & in-  
 stituta celebrate. & hoc (in con-  
 densis) q. d. dense & crebre veniatis  
 ad solemnitatem. unde alia litera ha-  
 bet in congregationibus. Iterum (in  
 condensis) virtutum & bonorum operum.  
 & hoc facite (usque ad cornu alta.)  
 i. non exeatis de ecclesia sicut cathecumini (\*) sed expectate communionem

cor-

(\*) Nota, iam Casiodorum scripsisse: „ Pro-  
 „ hibentur aliqui forsitan (quod multis in  
 „ usu est) audita Evangelii lectione disce-  
 „ dere. Non enim ad cornu altaris  
 „ accedunt, qui communicationis gratia  
 „ non replentur.“ Tom. II, Opp. ed.  
 „ noviss. p. 376.



corporis & sanguinis christi quae conficiuntur in altari. et in (cornu alta.) sumuntur ad literam. vel per (altare) intelligitur sacramentum. per (cornu altaris) efficacia ipsius sacramenti. q.d. (usque ad cornu al.) facite sollemnitatem ut percipiatis non tantum sacramentum sed & rem ipsius & efficaciam. vel per (altare) intelligi potest humanitas christi per (cornua) eius divinitas. et est sensus. Ita facite festos dies ut perveniatis usque ad humanitatem & divinitatem christi credendo in presenti & in futuro cognoscendo & fruendo. & quod sic facit poterit dicere sicut sequitur (Deus meus es tu cet.)

„ Psalterium beati brunonis episcopi her-  
 „ bipolensis, ex doctorum dictis col-  
 „ lectum, per Ant. Koberger impressum  
 „ anno incarnate Deitatis “ 1494. Q.

(Constituite) dicit i.e. deliberata sententia custodite & prompta voluntate, diem solennem, qui honore Dei & sanctorum confessione sacratus est. (In condensis)



*h.e. in frequentationibus crebris. quas turba in veneratione Dei condensat (Vsque ad cornu altaris) i.e. ut non recedat ante quam ad altare Dei digni communicent. per hoc ergo prohibetur (quod multis in usu est) audita evangelii lectione discedere.*

Ad Cap. II. §. V. not. (r) p. 147. seq.

**V**ir eruditissimus Albertus Schultens, Groninganus, in Animadversionibus in Iobum Philologicis, p. 44. f. monuerat: Iobi XVI, 13. יסכו non satis bene Vulgatum vertisse *circumdedit*, sed melius LXX. ἐκυκλωσεν. Post ea pergit: „ Recte hic יסכו a סכב exponi „ posse fateor. Iudicandum tamen eruditus propono, an non סכב aliam ad „ huc habeat significationem, quam „ Arabes retinuerunt, *transfigere* scilicet, & *vulneribus conficere*. Certe „ ea loco huic optime convenit. At „ in Psalm. CXVIII, 10. II. *fere necessaria* „ videtur, ibi enim verbum סכב in „ una periodo quater cumulatur, v. 10. „ סכוני v. II. סכוני גמ סכוני „ & v. 12.



„ & v. 12. adhuc semel סבוני “ Egre-  
 gia observatio, quam nos grati ac  
 laeti amplectimur. *Vulnera* enim,  
*Agno ad arae cornua ligando infli-*  
*cta*, non aperte solum demonstrat, sed  
 illustrat etiam luculenter, quin totum  
 huius Psalmi argumentum mirifice il-  
 luminat. Addo viri cl. verba sequen-  
 tia: „Idem etiam postulare videtur  
 „ Psal. CIX, 3. *Verba odii סבוני pun-*  
 „ *gunt, vulnerant me*; prout saepissime  
 „ etiam verbum hoc ab Arabibus, pro  
 „ *convitari, obtreccionibus vulnerare,*  
 „ *usurpatur. Verba, laedere dicuntur*  
 „ *& pungere aliquem, non circumda-*  
 „ *re.*“ Cetera.

Ad Cap. III. §. VII. not. (q) p. 261.

DE MENSE REDEMPTIONIS, quem  
 Deus loco MENSIS CREATIONIS,  
 novum anni designavit initium, in Mel-  
 lificio Hebraico C. Cartwrighti, L. I.  
 c. II. Bibl. Crit. Anglic. T. VII. p. 734. f.  
 haec ipsorummet Iudaeorum, ex Elle  
 Schemoth Rabba, S. XV. f. 130. c. 3. no-  
 tatu dignissima extat confessio: *Ex*  
 G 5 *quo*



quo Deus S. B. mundum suum elegit, constituit in eo principia mensium & annorum. Et cum elegit Iacobum & filios eius, constituit inter eos principium (mensium) MENSEM REDEMPTIONIS חרש של גאולה quod in eo redempti fuerunt Israelitae ex Aegypto, & NB. IN EO POSTEA REDIMENDI ESSENT וכו עהירין ליגאל (nempe a Messia) sicuti dictum est, (Mich. VII, 15.) secundum dies exitus tui e terra Aegypti, ostendam ei mirabilia.

Ad Cap. III. §. XI. not. (x) p. 292.

**H**ac pagina, l. 24. pro: Pascha suum Christus comedit, legendum: comedere paravit. conf. p. 284. Postea quam die XIV. Nisan, peracto sacrificio iugi vespertino, duas inter vespertas, ante adolitum suffitum & accensos lychnos, pascha mactatum esset; nox sequens, qua Agnum comedebant, ad XV. Nisan pertinebat, qui ab ortu stellarum, (בצאת הכוכבים Nehem. IV, 21. 22.) quando minimum tres stellae mediores



res apparebant (nam si una tantum conspicienda, *adhuc dies* erat, si duae, *tempus inter soles*, si tres, *nox*.) fume-  
bat initium.

Ad Cap. IV. §. IV. not. (f) p. 464.

זכורי רם Exod. XXIII, 18. ipse Onkelos interpretatur רם פסחי *Sanguinem Paschatis mei*; & Ionathan, *Sanguinem פסחי נסכת libaminis Paschatis mei*. Iosephus quoque & Philo, *Paschales agnos passim* θυσιας & θυματα vocant. Et Num. IX, 7. 13. dicuntur Pascha celebrantes הקריב את קרבן יהוה *Oblationem offerre Domino*. coll. Eph. V, 1.

Ad Cap. IV. §. XIV. not. (x) p. 505. f.

Totam descriptionem immolationis Isâaci, ab *actione ligandi*, qua *integrum* Abrahami *Sacrificium* putant *absolutum* fuisse, Hebraei vocare solent: עקירה מעשה *Historiam ligationis*, itemque עקירה יצחק *Ligationem Isâaci*. Memorandum quoque, illos quotannis, die expiationis, ubi ratio-  
nes



nes adlegant, quibus Deus moveatur ad expianda populi peccata, *cum ligatione Isaaci*, nominatim *Agnum paschalem* componere. Vide Heideggeri Hist. Patriarch. Tom. II. Exerc. IX. §. X. p. 293. Praeterea, ubi Mischna Taanith *cerimonias* exponit, in *ieiuniis gravioribus observatas*, Per. II. hal. 4. Surenh. p. 364. *de benedictionibus*, coram coetu universo, a viro sene (in precum recitatione probe exercitato, cui liberi domusque inculcata, ut animus eius integer orationi vacet) *praelegendis*, tradit: *Primae benedictioni*, haec verba subiungebantur: *Qui exaudivit Abrahamum in monte Moriah, is exaudiat vos, vocique clamoris vestri attendat hodie.* NB. BENEDICTVS SIS TV, DOMINE, REDEMPTOR ISRAELIS. ברוך אתה יהוה גואל ישראל

Qua sane *Goelis Israelitici*, cum *precibus Abrahami in monte Moriae*, singulari privaue connexione, *respectum fidei priscae salvificae*, in *immolatione Isaaci consideranda*, ad *Christi mortem piacularem habitum*, aperte indicant. Ad



Ad Cap. IV. §. XVII. p. 416. 417.

**M**aimonides in More nebochim P. III. c. XLV. p. 475. de loco Sanctuarii: *Nullum dubium mihi est, quin locus ille, quem Abraham spiritu Prophetico separavit & designavit, Mosi & multis aliis notus fuerit: quia Abraham illis praecepit, ut ibi locus esset cultus divini, (h. e. ut ibi templum erigeretur) quemadmodum Onkelos Paraphrastes Chaldaeus explicat, ita scribens: „Et „servivit, & adoravit ibi Abraham, „in loco illo, & dixit coram Domino: „NB. Sic erunt servoientes generationes.“ cetera. Si tanta, huius loci posteris indicandi, cura fuit Abrahamo, quidni potiore multo, transmittendarum in feros nepotes caerimoniarum sacrarum primaevarum, mysteriorumque arae abs se extructae revelandorum, sollicitudinem habuerit ac providentiam.*

Ad Cap. IV. §. XXV. p. 441. f.

**A**egre admodum Iudaei ferunt, cultus Levitici, ad Oeconomiam gratiae divinae, rationesque typicas novi foederis,



ris, translationem & adplicationem. Hinc in libro Cofri, P. II. §. XXVI. p. 105. postquam auctor, pro suo captu, p. 103. *altarıs holocaustı* significationem exposuerat, generatim monet: *Satis esse, ut ex hisce divinis institutis, quis educat conclusiones sapientiae* (Philosophicas, ad stabiliendam Legem, conf. P. V. §. I.) *quam ut illis relictis, amplectatur* NB. *opiniones malas, & dubia quae ducant ad interitum.* En horrendam, quae Iudaeis contigit caecitatem, odiumque lucis infandum, quo sibi omnem Religionis Christianae aditum praestruunt.

*Ad Cap. V. §. III. p. 602.*

**V**ideo Ioannem quoque Lorinum, Comment. in Psalm. T. III. p. 375. b. de paraphrasi Chaldaica haec observasse: „Per *puerum & iuniorem*, accipiunt aliqui agnum aut vitulum. Nomen *pueri*, nonnisi improprie dici potest de bruto. De homine autem, non esset ad rem. Nisi diceres, indicari *sacrificium Christi iuvenis.*“ Et iterum p. 376. a. „Christum etiam denotare posset in translatione Chaldaica



„ daica *puer aut iunior*, (conf. Act. III,  
 „ 13. 26. IV, 27. 30.) *ligatus propter*  
 „ *vim summi amoris*; & *communi-*  
 „ *cans maximum robur Ecclesiae suae,*  
 „ *tanquam cornui altaris adhaerens,*  
 „ *atque omnium bonorum copiam, ve-*  
 „ *lut ex cornu copiae, largiens.*“ *Cetera.*

*Ad eundem locum.*

Quando Paraphraſtes Chaldaeus, oraculum Pf.  
 CXVIII. 27. *de Agno* exponit, *cuius ſanguis*  
*in cornua altaris effundendus ſit,* hoc quoque  
 docet ac conſtitetur: *Agnum hunc veram piacula-*  
*rem victimam fore.* Nimirum, non quorumvis  
 ſacrificiorum, ſed *victimarum tantummodo pia-*  
*cularium* ſanguis, ad quatuor altaris cornua  
 ſparſus fuit. *Piaculares victimae,* duplicis erant  
 generis. Aliarum quippe, ad epiſ ſolum Deo ado-  
 lebatur, cum caro in cibum cederet Sacerdotibus.  
 Aliae vero integrae comburebantur, & non niſi  
 pelles earundem Sacerdotibus erant conceſſae.  
 Vtraeque, inter *ſancta ſanctarum קושי קושי*  
 i.e. *ſanctiſſima,* primum occupabant locum; eo-  
 poſe, quod ſanguis earum *quatuor cornibus altaris*  
 adſpergebatur, huiusque infundebatur fundamen-  
 to. Cum contra *Agnus paſchalis,* cuius ſanguis  
 ad baſin ſolum altaris effundi conſuevit, ad *ſacri-*  
*ficia minus ſancta* referretur. Praeter haec notan-  
 dum, illas victimas quarum carne veſcebantur  
 Sacerdotes, ſanguinem ſuum fuſiſſe, altaris exte-  
 rioris



rioris cornibus adspergendum. Sed holocaustorum sanguine, qui in facram inferebatur aedem, sola altaris interioris, seu suffitus, cornua, fuisse resperfa. Non latet nos, religiosarum istarum umbrarum, sanctissimum mysterium. *Agnus paschalis typicus*, ad minus sancta קרשים קלים referri debuit, suffecitque eius sanguinem effundi ad fundamentum altaris: quia non adfurgebat, ad dignitatem *Agni Dei paschalis*, qui *piacularis*, vera re, *victima unica* fuit, cuiusque sanguine effuso, nobis plenaria contigit redemptio, & peccatorum venia omnium. *Piaculares victimae*, quarum sanguine *altaris exterioris cornua conspergebantur*, umbra erant sacrificii Christi piacularis, in quantum id, in cruce fuit peractum, cum ab huius arae cornibus, pretiosus Agni integri vitioque carentis sanguis deflueret, ipse vero inter cornua illa, intima sua amoris viscera Patri adoleret, nobisque, quos Sacerdotes Deo & Patri fecit, carnem suam vescendam, agnamque iustitiae pellem induendam, amantissimus concederet. Postremum *Holocausta*, quorum sanguis in sacrarium inferebatur, *cornibusque altaris aurei* illinebatur, Christi adumbrarunt piaculare sacrificium, quoad Agnus Dei, sanguine suo effuso proprio, *hunc coelo intulit Sacerdos summus*, ut eius merito ac efficacia pro nobis apud Deum supplicaret, Patronusque noster ad Patrem factus, simul peccatorum nostrorum, nec solum nostrorum, sed totius mundi, esset piaculum. Vide Ebr. IX, II. f. 24. f. VIII, 25. XIII, II. I. Io. II, I. 2.

DRESDAE, Io. Conr. Stoeffelius, Typ. Aul. impressit.



is.  
I.  
e-  
n.  
m.  
8.  
si.  
m.  
ur.  
aa-  
.









AB 39

14  
—  
1,25

ULB Halle

3

002 428 644



80


90.











Farbkarte #13

B.I.G.

DE  
QVINTO DECIMO  
MENSIS  
A B H  
HEBRAEORVM  
DIEI  
EXPIATIONIS  
COMPARATO



D. BERNHARD WALTHERVS  
MARPERGER

a Aula Regio - Electorali Saxonica Sacrorum Antistes  
primarius, Confil. Eccles. & Supremi Confil.  
Dresd. Adfessor.

DRESDAE,  
Apud Io. Christophori Zimmermanni heredes, & Io.  
Nicolaum Gerlachium.